Wesseling, Petrus
Notarum exegetico, philologico, criticarum in librum secundum herodoti

3 1761 08310807 6

PA
4002
A322
1700Z
pt.2-3

Cost 4 ß. - Natskov d 13 Junij 1782

II.

NOTARUM

EXEGETICO-PHILOLOGICO-CRITICARUM

IN LIBRUM SECUNDUM

HERODOTI

Ex Recens. P. WESSELINGII

SPICILEGIUM.

PA
4002
A322
1700z
pt. [2-3]

LIBRARY
APR
12
1983

Cap. I. Μέγα πένθος ποιεῖσθαι mihi qvidem paulo plus valet, qvam *lugere, deſlere*, vel generatim *luctu proſeqvi*, idemqve fere, qvod alibi dixit, μέγα πένθος προθήκασθαι, qvod eſt *alicujus cauſa publice luctum inſtituere*, **at anlægge offentlig Sorg for nogen.**

Cap. II. Πλήσαντα δὲ τοῦ γάλακτος τἄλλα διαπρήσσεσθαι. Repete ἐντειλάμενος vel cum eo conſtrue, ſubintellecto ποιμένα, qvod in Dativo antecedit. Verte: *ipſum autem* (ſc. *paſtorem juſſit*) *cum eos lacte repleſſet, cæteris ſuis vacare negotiis.* Qvod vertunt, *ubi lacte repleti forent*, haud ſcio, an ſic intellexerint, qvaſi πλήσαντα neutraliter & pro πλησάντων δὲ τούτων τοῦ γάλακτος acceptum vellent. Græcum eſt, fateor, ſed minus neceſſarium.

Cap. III. Τὰ μὲν νῦν θεῖα τῶν ἀπηγημάτων οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτέων μοῦνον· νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτέων ἐπίστασθαι· τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτέων, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐξαναγκαζόμενος ἐπιμνησθήσομαι.) Illuſtrando huic loco qvis facem dabit? Certe lucem ſenſus magis, qvam verba, deſiderat. Hæc verba, νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτέων ἐπίστασθαι, ea ſunt, qvorum in nexu magis, qvam ſenſu hæreo. Ignorare certe minus turpe puto, qvam judicium præcipitare.

Cap. V. Ἔστι δ' ἕτερον τοιοῦτον vertunt, *eſt autem aliud tale.* Qvid autem & qvale? Addidit explicandi cauſa Cl. Kallius noſter, *ex qvo idem ſuſpicari poſſis*, qvaſi vero his verbis novam aliam de eadem re argu-

mentationem inſtitueret. Ita cæteri qvoqve mentem autoris intellexiſſe videntur: qvare particulam *γὰρ* initio ſeqventis periodi haud injuria vertendo, qvanqvam reddi potuiſſet, non reddiderunt. Mihi vero, clariſſimorum virorum pace dixerim, magis placet repetitio vocis *δῶρον*, & verborum relatio ad id, qvod proxime antecedit, *τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον.* Cui opponit, *ἔστι δ' ἕτερον τοιοῦτον* ſc. *δῶρον τοῦ ποταμοῦ.* Verte: *de qva non jam tale qvicqvam illi commemorabant,* qvod ſc. acqviſita terra eſſet. *Eſt tamen alterum tale* ſc. *donum fluvii.* Duplex propoſitum antecedit: 1) *ὅτι Αἴγυπτος, ἐς τὴν Ἕλληνες ναυτίλλονται (ἔνερθε λίμνης τῆς Μοίριος) ἔστι ἐπίκτητος τε γῆ καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ.* 2) *καὶ τὰ καθύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης, ἔστι ἕτερον τοιοῦτον* ſc. *δῶρον.* Qvod ut probet utrumqve, longam ſatis deinde ex ægyptiacæ terræ deſcriptione dimenſioneqve *ἐξεργασίαν* inſtituit, unde demum initio C. 10. ad idem illud redit propoſitum. Nec ullam ante rationem ſic attulit, ut *ἕτερον τοιοῦτον* ſc. *τεκμήριον* afferre velle videri poſſet, niſi pro ratione valeret, qvod rem ut ipſo ſoloqve viſu manifeſtam ante propoſuit. Atqvi hoc ipſum vel ſolo viſu manifeſtum propoſitum eſt, qvod terræ deſcriptione ſic probatum ivit: *Αἰγύπτου γὰρ φύσις τῆς χώρης ἐστὶ τοιήδε* &c. In qvibus *γὰρ*, ſi cætera verus ſim, minime debet negligi. Verte: *Namqve regionis Ægyptiacæ hæc natura eſt.*

Cap. VII. *Ἐοῦσα πᾶσα ὑπτίη τε καὶ ἄνυδρος καὶ ἰλύς.* Qvomodo *ἄνυδρος*, ſi qvidem *ἰλὺς*. *Heilmanno*, notante KALLIO noſtro, magis placuit *ἀμυδρὸς*, qvod tamen ego, *exilis*, *tenuis*, *vix apparens*, qvam *paludoſa* verti malim, qvo ſit aliud, qvam *ἰλὺς*, idemqve, qvod ſupra dixit *αὐτῆς εἶναι οὐδὲν ὑπερέχον.*

Cap. VIII. *Τῇ δὲ αὐτὸ ἑωϋτοῦ ἐστι μακρότατον, ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην, δυό μηνῶν αὐτὸ εἶναι τῆς ὁδοῦ*

ἀπὸ

ἀπὸ ἠοῦς πρὸς ἑσπέρην.) Hoc, me judice, minus recte diſtingvunt, neqve rectius, neglecta particula ὡς, ita vertunt: *duorum ego audiebam id menſium itineris eſſe,* qvaſi vero ως hic abundaret. Nec ad infinitum εἶναι referri poteſt. Nam periodorum in protaſibus fateor ὡς & ἐπεὶ particulas apud noſtrum ſæpe cum infinito verbo pro finito conſtrui, ut, ὡς, ἐπεὶ γεγονέναι pro γέγονε. At hic nulla talis eſt protaſis. Qvid ergo? Cum nec abundare poſſit, neqve cum infinito conſtrui, diſtinxi poſt ἐπυνθανόμην, & ab eo ſejunxi εἶναι ut infinitum hiſtoricum, cum hic refert, qvod ab aliis audivit, ſicut mox infra, τὰ τέρματα εἶναι. Verte: *qva vero longisſime patet, ut ſciſcitando qvidem ego expertus ſum, duorum id eſſe menſium itineris ab aurora ad veſperam.*

Cap. IX. Οὗτοι συντεθειμένοι ϛάδιοι Αἰγύπτου, τὸ μὲν παρὰ θάλασσαν, ἤδη μοι καὶ πρότερον δεδήλωται, ὅτι ἑξακοσίων τέ ἐϛι ϛαδίων καὶ τρισχιλίων.) Locum male diſtinctum ſic minus recte qvoqve neqve ſatis perſpicue reddunt: *qvæ Ægypti ſtadia compoſita* (K. *collecta*) *ſecundum qvidem mare ſunt, prout a me ſuperius indicatum eſt, tria millia ſexcenta.* Verſio cum poſita diſtinctione ſic ſonat, qvaſi τὸ μὲν παρὰ θάλασσαν abſolute poſitum ſubintellectam ſibi haberet præp. κατά. Verum ſic infra HERODOTUS utiqve εἰσι non ἐϛὶ, ut conſtructio eſſet: οὗτοι ϛάδιοι, τὸ παρ. θαλ., ἤδη δεδήλωται, ὅτι εἰσί. Deniqve hæc ſtadia juxta mare, cur & qvo ſenſu nunc appellaret compoſita, qvæ ſupra ad finem C. 6. ſimplicia, neqve tamen pauciora, qvam hic tanqvam compoſita, numeravit? Ego vero locum ſic hactenus intellexi & meis interpretatus ſum, ut nec illa 3600 ſtadia juxta mare nunc ſpeciatim compoſita appellare, nec arithmetico ſenſu omnia ſtadia qvaſi perfecte qvadratâ menſurâ ſecundum latitudinem & longitudinem computare velle videretur, ſed omnia tantum, cum illa ſecundum latitudinem oræ maritimæ,

tum hæc ſecundum longitudinem inde a mari porrectæ regionis, jam hoc loco a ſe conjunctim & ſimul ſumenda ſignificare. Qvare poſt hæc verba, *οὗτοι συντ. σταδ. Αἰγύπτου*, pone punctum vel colon, & verte: *Hæc igitur conjunctim & ſimul poſita ſunt Ægypti ſtadia:* Seqvitur deinde 1) 3600 ſtadiorum ſecundum latitudinem repetitio: 2) ſtadiorum ſecundum latitudinem indicatio. At illud meum *igitur*, unde? Ex ſenſu particula ſæpe qværi debet, qvam, qvod ille ſine hac per ſe ſatis eſſet evidens, Autor haud injuria neglexerit. Sic Latine, *Hæc ſumma dictorum eſt*, pro, *atqve hæc* vel *hæc igitur*. Sic Danice: Summen er denne, pro, denne er da Summen. Si hac interpretatione falſus ſim, veriorem velim nobis communicet, qvi tenet.

Cap. XI. *Ἐι ὦν ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος ἐς τοῦτον τὸν Ἀράβιον κόλπον, τί μιν κωλύει, ῥέοντος τούτου ἐκχωσθῆναι ἐντός γε δισμυρίων ἐτέων; ἐγὼ μὲν γὰρ ἔλπομαί γε καὶ μυρίων ἐντὸς χωσθῆναι ἄν· κοῦ γε δὴ ἐν τῷ προαναισιμουμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι, οὐκ ἂν χωσθείη κόλπος καὶ πολλῷ μέζων ἔτι τούτου ὑπὸ τοσούτου τε ποταμοῦ καὶ οὕτως ἐργατικοῦ;)* Locum lectione diſtinctioneqve ſane difficilem atqve corruptum ſic vertunt: *qvod ſi in hunc Arabicum ſinum Nilus volet alveum ſuum convertere, qvid eum prohibebit iſto fluente utiqve intra viginti millia annorum oblimatum iri? Ego enim credo, etiam intra decem millia aggeratum & oblimatum alicubi eſſe in eo tempore qvod ante me natum tranſiit. (Et) non rurſus oblimaretur ſinus etiam, qvi multo major eſſet hoc Arabico, a tanto flumine atqve ita operoſo?* Primo hic offendit, *οὐκ ἂν χωσθείη* (v. *ἀναχωσθείη*) *κόλπος*, ut qvod plane foret *ἀσύνδετον*. Ergo hiatum verſione ſupplent addendo copulam, qva textum haud carere poſſe perviderunt. Sed cum in textu verba tantum per comma diſtincta ſint, in verſione tamen puncto præfixo ab antecedenti-

bus

bus avulſa ſunt. At Herodoti noſtri ſecundum hanc diſtinctionem argumentatio: *Si minor ſinus intra 20 vel 10 millia annorum oblimari poſſet omni eo tempore, qvod ante me natum tranſiit, qvidni vel multo major oblimaretur?* Qvæ, qvæſo, & qvalis? An eodem vel longiori tempore? Hoc tacet apadoſis. Si eodem: ſic certe plane contraria ratione procederet argumentatio, ſi vera eſſet, non utiqve a minori ad majorem *ſinum*, ſed a majori ad minorem. Sin longiori, & qvidem multo longiori tempore: ſic valeret argumentatio a minore ſinu ad vel multo majorem propter illud multo majus, qvod ſumitur temporis ſpatium. Hoc tempus autem cur Apodoſis non habet? At habuit certe, ſed jam male rejectum puta ad protaſin, ubi locum prorſus nullum ſibi aptum habet? Qvid enim attineret dicere, *oblimatum eſſe alicubi eo tempore, qvod ante ſe natum tranſiit?* Qvod qvam ſupervacuum! qvis dubitaret ante ipſum natum oblimatum eſſe, qvod intra 10 millia annorum jam eſſet alicubi oblimatum? Sed revoca *τὸν προαναισιμώμενον χρονον* ad apodoſin, ſic tempus infinitum a parte anteriore & nativitate autoris a parte poſteriore finitum tanqvam multo majus temporis ſpatium breviori 20 vel 10 millium annorum tempori habebis oppoſitum, & ſtabit argumentatio a minore ſinu ad eum, qvi vel major eſſet, propter multo majus & qvidem ab altera parte infinitum tempus. Qvid ergo? Qværenda eſt alia lectio, melior & ad rei veritatem aptior diſtinctio. Utramqve præbuit Valkenarius: — — *ἐγὼ μὲνγὰρ* (*μέντοι* cur?) *ἔλπομαι γε καὶ μυρίων ἐντὸς χωθῆναι ἂν. ἦκου γε δὴ ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ προτερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι οὐκ ἂν χωσθείη κόλπος κ τ λ.* Egregiam hanc textus emendationem haud minus egregia hac verſione ſecutus eſt Kallius noſter: *qvodſi in hunc Arabicum ſinum Nilus volet alveum ſuum avertere, qvid illum ſinum prohibebit Nilo ſic fluente utiqve intra viginti millia annorum oblimatum*

matum iri? Imo etiam intra decem millia annorum oblimari poſſe credo. Qvo igitur modo per omne illud temporis ſpatium, qvod me nondum nato eſt transactum, (qvam evidentem hic temporum oppoſitionem fecit!) *oblimari haud potuerit ſinus vel illo multo major a tanto flumine atqve adeo valido?* At græcum textum idem tamen, ut eſt apud WESSELINGIUM & GRONOVIUM, typis expreſſum dedit, qvanqvam eum alibi ad meliores, qvas in animo habuit verſiones, correxit. Lectorem, fateor, nonnihil hoc confundit. Sed græci textus, qvæ habetur, lectio atqve diſtinctio, illi, credo, haud ante diſplicuerat, qvam typis jam eſſet expreſſa, atqve deinde de ea ſaltim per verſionem emendanda cogitavit. Nec enim tanta fuiſſet emendatio, ut eam vereretur ſuſcipere, nec niſi in diſtinctionibus & una literula vocis ἧκȣ pro κȣ verſata. Habeo deniqve, qvod, recta diſtinctione atqve lectione poſita, ad illuſtrandam conſtructionis & periodi elegantiam afferam. Periodorum, in qvibus inſtituitur argumentatio vel a minori ad majus vel a majori ad minus, protaſibus apud Græcos inſerviunt particula εἰ, ὅπȣ, apodoſibus autem ἧπȣ, ἧπȣ́ γε, ἧπȣ́ γε δή, qvæ vel per *multo magis* vel *multo minus*, *nedum*, reddi debent, qvam vim obtinent, licet particula protaſeos ſub alia loqvendi formula lateat, ut hic apud noſtrum in formula interrogativa τί μιν κωλύει, qvæ valet, ὅπȣ γαρ, ει εθελησει —, ȣ̓δέν μιν κωλύει· — ἧπȣ γε δη κτλ. nam εἰ qvod in textu præcedit, ad ἐθελήσει pertinet, neqve poteſt eſſe nota protaſeos. Jam ſi deniqve hæc verba, ἐγ̀ μὲν γὰρ — χωσθῆναι ἄν, uncis, uti me judice debent, includantur, nihil qvidem evidentius elegantiusve dici ab HERODOTO potuit, qvam qvod ita ſeqvitur: Ἐι ὦν ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος ἐς τȣ̃τον τὸν Αράβιον κόλπον, τί μιν κωλύει ῥέοντος τȣ́τȣ ἐκχωσθῆναι ἐντός γὲ δισμυρίων ἐτέων; (ἐγὼ μεν γὰρ ἔλπομάι γε καὶ μυρίων ἐντὸς χωσθῆναι ἄν.) ἧκȣ γε

δὴ

δὴ ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι, ἐκ ἂν χωσθείη — ἐργατικῦ. Huic græci textus conſtructioni ſupra laudatam Kallianam verſionem velim, adhibeas, cum hac levi mutatione ſi placet, ut pro, *qvo igitur modo — oblimari haud potuerit*, reddas, *nedum igitur — oblimari haud potuerit?* vel, *annon igitur multo magis potuerit oblimari ſinus?* vel, *neqve adeo multo magis oblimari potuerit?* ut ſic argumentatio a minori ad majus temporis ſpatium de vel majore ſinu magis emineat. Nam licet argumentationis eadem vis eademqve ratio foret, ἦπε tamen per ſe non ſignificat id qvod interrogativum πῶς, ſed interrogatio hic latet in ἐκ ἂν χωσθείη, & ἦπε concluſionis conſeqventiam inter protaſin & apodoſin exſerit.

Cap. XVI. Οὐ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλός γέ ἐςι κατὰ τῦτον τὸν λόγον ὁ τὴν Ασίην ἐρίζων τῆς Λιβύης· τῦ Δέλτα δὲ τῦτε κατὰ τὸ ὀξὺ περιῤῥήγνυται ὁ Νεῖλος· ὥςε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γίνοιτο ἄν. *Nam ſecundum hanc rationem non eſt Nilus, qvi Aſiam ab Africa diſterminat: qvippe circa acumen illius Delta circumſrangitur Nilus, adeoqve in medio Aſiæ & Africæ cenſenda erit.*) Qvid γίνοιτο ἄν? ὁ Νεῖλος, an τὸ Δέλτα? Ex verſione, *cenſenda erit*, neqve *Nilus* foret, qvi *cenſendus*, neqve τὸ Δέλτα, qvod *cenſendum* reqvireret, a Verſionis Autore ſemper ut indeclinabile poſitum. Si *Nilus* foret, tum in his paucis & tam brevi intervallo Herodotus ſibi contradiceret, qvi paulo ſupra negavit, qvod *ita Nilus eſſe poſſet*, ὁ τὴν Ασίην ἐρίζων τῆς Λιβύης. De *Delta* igitur ſic intelligendus eſt, qvaſi plenis verbis ſcripſiſſet: ὥςε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γίνοιτο ἂν τὸ Δέλτα. Et a ſe ſic intellectum eſſe hac verſione declaravit Kallius noſter: *qvippe circa acumen illius Delta circumfrangitur Nilus, adeoqve in intermedio Aſiæ & Africæ illud poſitum.*

Cap. XIX. Τοῦ ποταμοῦ δὲ Φύσεως πέρι, οὔτε τι τῶν ἱρέων, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς παραλαβεῖν ἐδυνάσθην· — πρόθυμος δ' ἔα τάδε παρ' αὐτέων πυθέσθαι· ὅτι κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος πληθύων ἀπὸ τροπέων τῶν θερινέων ἀρξάμενος ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας· πελάσας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν τουτέων τῶν ἡμερέων ὀπίσω ἀπέρχεται, ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον· ὥστε βραχὺς τὸν χειμῶνα ἅπαντα διατελέει ἐὼν, μέχρι οὗ αὖτις τροπέων τῶν θερινῶν· — τουτέων ὦν πέρι οὐδενὸς οὐδὲν οἷός τ' ἐγενόμην παραλαβεῖν παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, ἱστορέων αὐτοὺς, ἥντινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος, τὰ ἔμπαλιν πεφυκέναι τῶν ἄλλων ποταμῶν. Ταῦτά τε δὴ τὰ λεγόμενα βουλόμενος εἰδέναι ἱστόρεον, καὶ ὅτι αὔρας ἀποπνεούσας μοῦνος πάντων ποταμῶν οὐ παρέχεται.) Totum hunc locum ſic, ut ſupra depoſui, paulo aliter, qvam in editionibus, diſtingvo, conſtruo, intelligo, atqve verto etiam ita: *Ad fluminis autem naturam qvod attinet, de ea nec a ſacerdotibus qvidpiam, nec ab ullo alio percipere potui: — qvam vero ejus indolem ab illis ſciſcitando ſcire percuperem, hæc erat: qvod Nilus aqvis exundans defluit inchoans ab æſtivo ſolſtitio ad centum usqve dies, idemqve intra totidem fere dies retrocedit, relicto, qvem ſibi ſumſerat, novo alveo: ita ut per totum hyemem brevi inter ſolitas ripas ſpatio cogatur ad ſolſtitium rurſus æſtivum. — Horum igitur de nullo prorſus qvidqvam potui percipere ab Ægyptiis, ſciſcitando illos, qvænam hæc Nili vis eſſet, qvod naturâ ſic diverſus eſſet ab cæteris fluviis. Neqve hæc ſolum, qvæ jam dicta ſunt, noſcendi cupidus eos interrogabam, verum etiam, qvænam hæc ejus ratio eſſet, qvod fluviorum omnium ſolus ille nullas efflantes auras exhiberet.* Tota fere Verſio KALLIANA, niſi qvod 1) per transverſas lineolas incidentem ἐξήγησιν τῆς Φύσεως τοῦ ποταμοῦ & verborum antecedentium ἐπανάληψιν, qvo evidentior eſſet orationis ſtructura, deſignavi: 2) bis occurrentem particulam, ὅτι, tanqvam ἐξηγητικὴν τῆς Φύσεως τοῦ

ποταμοῦ,

ποταμȣ̃, qvæ per τάδε qvoqve in his, πρόθυμος ἔα τάδε παρ' αὐτέων πυθέσθαι, innuitur, reddidi; qvam qvidem ejus vim hoc loco proximam eſſe puto, qvanqvam & interdum eam ſumi pro διότι non nego, nec ad ſenſum immutandum qvicqvam facit ſive per *qvod* ἐξηγητικῶς, ſive *cur* reddatur: 3) lectionem τὰ λελεγμένα pro τὰ λεγόμενα vertendo ſecutus ſum, niſi placeat τὰ λεγόμενα ſic intelligere, ut *qvæ vulgo dicuntur, ſermone celebrantur.* Alias enim τὸ, ὅτι ἄυρας ἀποπνεȣ́σας ȣ̓ παρέχεται, ad ea qvoqve pertineret, *qvæ dicuntur de flumine*, & ſic ſupervacuum videri poſſet τὸ, τὰ λέγομενα.

Cap. XXII. Ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν, πολλὸν ἐπιεικεςάτη ἐȣ̃σα, μάλιςα ἔψευςαι. *Tertia opinio, ut multo modeſtiſſima, ita longe falſiſſima eſt.*) Qvid in ea, præ reliqvis, inſit *modeſtiæ*, non video. Neqve vero hic ſententiarum de modeſtia, ſed de veritate vel probabilitate agitur. Mihi qvidem ſic magis placet: *Tertia opinio, licet multo facillima maximeqve probabilis videri poſſit, a vero tamen aberrat longiſſime.* Nec cuiqvam Græcitatis gnaro facile poteſt ignotum eſſe, qvod ἐπιεικὲς dici ſolet, *qvicqvid conſentaneum & veroſimile ſit.*

Cap. XXVIII. Οὕτω μὲν δὴ ὁ Γραμματιςὴς, ἐι ἄρα ταῦτα γενόμενα ἔλεγε, ἀπέφαινε· ὡς ἐμὲ κατανοέειν δίνας τινὰς ταύτῃ ἐȣ́σας ἰσχυρὰς, καὶ παλιῤῥοίην, οἷα δὲ ἐμβαλόντος τȣ̃ ὕδατος τοῖσι ȣ̓ρεσι, μὴ δύνασθαι κατιεμένην καταπειρητηρίην ἐς βυσσὸν ἰέναι·) Latine ſic habet WESSELINGIUS: *Sic qvidem ſcriba hic, ſi modo hæc, ut contingunt, dicebat, declarabat: ut ego opiner, vortices qvosdam illic eſſe validos ac refluxum qvippe aqvæ inſultantis montibus, unde neqveat ſunis ad explorandum dimiſſus ire in fundum.* Qvod in paucis ita mutavit Cl. KALLIUS noſter: *Sic*

qvidem ille ſcriba, ſi modo hæc naturæ convenienter dixerit, declaravit: ego tamen opinor (an ſic recte ὡς cum infinitivo reddi posſit, haud ſatis certe ſcio) *vortices qvosdam illic eſſe validos, ac refluxum aqvæ inſultantis montibus* (οἱα δὲ qvam habet vim non expresſit, ſed latere ſub participio *inſultantis* paſſus eſt), *unde neqveat funis ad explorandum dimiſſus ire in fundum.* Me qvidem judice, τὰ γενόμενα, qvod vertunt, *ut contingunt* & *naturæ convenienter,* ſimplicius ſic reddi poteſt ac debet, atqve ſi ſcripſiſſet, εἰ ἄρα ταῦτα ἀληθῆ ἔλεγε *ſi modo hæc vere facta* ɔ: *vera* dixerit. — Ὡς εμὲ κατανοέειν κτλ. *unde mihi venit in mentem ſuſpicio, vortices qvosdam illic eſſe validos,* & *inſultantis qvippe montibus aqvæ refluxum* — Jam hoc μὴ δύνασθαι cum antecedentibus non cohærebit, niſi legas vel μηδὲ δύνασθαι, vel καὶ μὴ δύνασθαι ſc. διὰ τῦτο, *adeoqve non poſſe,* cujus conſeqventiæ vim haud raro copulativa involvit: vel ὥςε μὴ δύνασθαι. Certe cum hic vix poſſet aut deberet oratio ἀσύνδετος eſſe, vel unam vel alteram puto voculam periiſſe: qvod & ſenſiſſe videntur interpretes: nam illud ſuum UNDE, qvæſo, qvo alio ex fonte, qvam ex ſuo ipſorum illius hiatûs ſupplendi ſenſu hauſiſſent?

Cap. XXIX. Ἀλλὰ τοσόνδε μὲν ἄλλο ἐπὶ μακρότατον ἐπυθόμην, μέχρι μὲν Ἐλεφαντίνης πόλεως αὐτόπτης ἐλθὼν, τὸ δ' ἀπὸ τῦτυ ἀκοῇ ἤδη ἱςορέων.) WESSELINGIUS habet: *Sed tale qvidem aliud ad longisſimum indagavi, ad Elephantinam urbem ipſe ad inſpiciendum profectus; qvod inde ulterius eſt, audiendo jam inqvirens.* KALLIUS: *Sed hujusmodi aliud, qvodcunqve ex longisſime remotis indagavi, usqve ad Elephantinam urbem ipſe illuc profectus vidi; qvod inde ulterius eſt, audiendo cognovi.* Recte qvidem. Qvid autem illud *tale*, illud *hujusmodi*, qvod ulterius vel vidit vel indagavit? An *tale* qvid, *qvale* narravit ille ſcriba? Minime.

Minime. Ergone hoc *tale* forte ſeqventia, qvæ narrabit, reſpiciet? Sit ſane. At τοσόνδε vero cur ita, non τοιόνδε, ſcripſit? Loqvitur, niſi fallor, de ſpatio qvodam altero, qvod indagando ſciſcitandoqve permenſus eſt partim αὐτόπτης, partim ἱστορέων. Verto igitur: *Sed tantum qvidem alterum ſpatium, qvantum longisſime potui, indagando ſciſcitandoqve permenſus ſum, ad Elephantinam urbem ſpectator ipſe ſimul rerum profectus, qvod inde ulterius eſt, ſciſcitando inqvirens.* Ad τοσόνδε repete, qvod paulo infra habet χωρίον, ſubint. præp. κατά· ut ſit, κατὰ τοσόνδε μὲν ἄλλο χωρίον ἐπὶ μακρότατον ἐπυθόμην h. e. *per tantum aliud ſpatium, qvam longisſime potui, ſciſcitando indagavi* v. *tantum aliud ſpatium ſciſcitando permenſus ſum.*

Cap. XXXVIII. Τοὺς δὲ βοῦς τοὺς ἔρσενας τοῦ Ἐπάφου εἶναι νομίζουσι, καὶ τούτου εἵνεκα δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε.) Qvæ notavit ad hæc verba WESSELINGIUS, deponam: " non expedio hanc conſecutionem: *boves mares Epaphi cenſentur: propterea hunc in modum boves explorant.* Hæccine conſeqvens oratio? Saltem qvalitatem aliqvam aut coloris aut rei alius adjunxiſſet. — Ne longum faciam, adſtipulor viro doctisſimo (Cl. PAUW) aut menda turpatam aut voce aliqva defectam eſſe orationem. Fac fuiſſe τοὺς δὲ καθαροὺς βοῦς τοὺς ἔρσενας, & nexus erit ſermoni; qvam mihi ſuſpicionem ſtabilire ſeqventia videntur & qvæ principio C. 41.„ Hæc Cl. viri Suſpicio haud ſcio an tanti ſit, ut admitti tuto posſit vox καθαρούς. Mihi qvidem, qvod bona cum pace nec ſine clarisſimorum duumvirûm reverentia dixerim, ſanus & integer locus videtur eſſe. Primo qvidem obſervandum eſt, τὸ, τοῦ Ἐπάφου εἶναι νομίζουσι, paullulum aliud eſſe, qvam vel τὸ, τῷ Ἐπάφῳ θύουσι, vel τὸ, τοῦ Ἐπάφου ἱροὺς εἶναι νομίζουσι. — Primum iſtud valet: *boves mares id genus animalium ſunt, qvod ſacris Epapho faciendis*

 ciendis

ciendis (ubi ſc. facienda ſunt) *publice deſtinatum habent.* Pono ut ſatis notum, verbo νομίζειν apud Herodotum plus ſæpe qvam ſimplicem involvi ſententiam. Νομίζουσι εἶναι, *id apud eos publice inſtitutum eſt, ut ex bobus maribus ſacra ſint Epapho facienda, qvippe qvorum animalium genus ejus cultui deſtinatum apud eos ſit.* Jam ex Antiqvitatum hiſtoria ſatis conſtat, ex univerſo animalium genere, qvod hujus illiusve Dei cultui conſecratum eſſet, non ſingula tamen ſine diſcrimine talia fuiſſe, ut ex his ſacra fieri vel potuerint vel debuerint, ſed δοκιμασίαν qvandam ante debuiſſe inſtitui, an ab omnibus vel veris vel opinione præſumtis vitiis pura eſſent ac integra. Hoc tanqvam lectoribus notisſimum omittere potuit Herodotus, neqve neceſſe fuit, ut propter illam phraſin, τοῦ Ἐπάφου εἶναι, *boves puros* poneret. An vero etiam prorſus omiſit? Minime. *Boves mares ſunt Epaphi ſacris deſtinati, & propterea* (prius ſc. qvam eos immolant, ex communi publiceqve recepto ritu) *eos hoc modo explorant.* Ad conſecutionis hujus evidentiam, qvid addi poſſet aut deberet, ego certe non video, niſi forte poſt δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε ſubjunctum velles, εἰ καθαροὶ εἰσὶ. Sed ne hoc qvidem opus fuit, & lectoribus cogitandum, utpote ſub ipſa voce δοκιμάζουσι comprehenſum, relinqvere potuit Herodotus. Qvod tamen haud ſcio an fecerit: ſubjungit enim: τρίχα ἢν καὶ μίην ἴδηται ἐπεοῦσαν μέλαιναν, οὐ καθαρὸν εἶναι νομίζει. Qvis hic deſiderabit finem, propter qvem ſingulis, ubi demum ſunt mactandi, boves explorant? Sed præſtrue τοὺς βοῦς καθαροὺς, tum multo magis me judice, qværi poſſet, cur δοκιμαζουσι, & paulo poſt, οὐ καθαροὺς νομίζουσι, qvos jam ante *puros* poſuit. Qvis non ſentiret in his ſupervacuum qvid, ſi vel dici poſſe concederet: *boves mares* PUROS, *qvi ſunt Epaphi, explorant,* ſc. *an* PURI *ſint, & ſi hoc vel illud invenerint, non* PUROS *putant.* — Jam altera phraſis τῶ

Ἐπάφῳ

Ἐπάφῳ θύουσι. Hæc de ſingulis qvidem mactandis bobus, adeoqve jam ante, an puri ſint, exploratis, proprie magis dici poteſt; qvam tamen ſi vel maxime h. l. adhibuiſſet, ne ſic qvidem voce καθαροὺς expreſſa opus fuiſſet. Hoc enim ſi tantum poſuiſſet, τοὺς δὲ βοῦς τοὺς ἔρσενας τῷ Ἐπάφῳ θύουσι, ex ſubjecta materia cum ſuis circumſtantiis notisſima id ita qvilibet intellexiſſet, *boves Epapho mactant tantum mares*, neqve vero, qvaſi boves mares omnes ſine diſcrimine immolarent. At Cap. 41. expreſſa hac voce ſcripſit: τοὺς μὲν νῦν καθαροὺς βοῦς τοὺς ἔρσενας καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι. At hic duo velim obſerves: 1) qvod totam ſuperiorem ſuam tractationem ex duobus momentis conſtantem, *uno*, qvod boves eosqve mares tantum Epaphi ſacris conſecratos haberent, *altero*, qva eos ratione prius, qvam immolarent, explorarent, hic ſummatim concludit, adeoqve hic vocem καθαροὺς minime debuit omittere, ubi de bobus jam ſic exploratis & puris deprehenſis orationis ſummam conficit: 2) qvod de verbo θύουσι ſupra monui, id de animalibus jam exploratis & qvæ pura jam ſunt deprehenſa, proprie magis poſſe dici, qvia nunqvam actu immolantur, niſi pura deprehenſa fuerint: ſicut *hujus vel illius dei eſſe* dici proprie magis de univerſo genere poteſt, qvam de ſingulis jam immolandis. Sed hoc obſervatum tamen levius duci velim. Nam ſubſtitui ſibi mutuo phraſes initio potuiſſe, neqve tamen aliter intelligi, jam ſupra confeſſus ſum. Satis habebo, ſi facilis hoc mihi dederis, neceſſe non eſſe, ut vocem καθαροὺς hinc ad illum ſupra locum revocemus. — Reſtat tertia phraſis τοῦ Ἐπάφου ἱροὺς εἶναι, qvam vereor, ne qvis cum τοῦ Ἐπάφου εἶναι eandem putet, ac inde vocis illius, de qva qværitur, necesſitatem colligat. Nam 1) Cap. 41. manifeſte dicit: τὰς θηλέας (βοῦς) οὔ σφι ἔξεστι θύειν, ἀλλὰ ἱραί εἰσι τῆς Ἴσιος· atqve adeo ex hac phraſi plane contrarium nefas colligit,

colligit, cum contra ex illa phraſi boves mares immolare fas eſſet: atqve adeo *ἱραὶ* idem hoc loco, qvod *ἀνειμέναι* valet, qvod dicitur de animalibus qvæ tangere vel violare, atqve adeo mactare nefas eſt. 2) Si forte poſſet phraſis hæc (qvod qvidem an poſſit, haud ſatis ſcio) alibi hunc ſenſum habere, qvem illa, ut *animalia ſacris hujus illiusve Dei Deæve deſtinata* denotaret, adeoqve ex illis locis ad ſubſidium revocari, res tamen eodem tum rediret, qvo ſupra docui, & de genere phraſin, non de ſingulis exploratis & puris, per contextum neceſſe foret intelligi. Latine qvidem dicimus, *hoc animal huic illive Deo ſacrum*, pro, *ſacris illi faciendis dedicatum;* an item alicubi græce, non jam ſuccurrit. — Sic ſæpe hæremus in parva voce: de qva tamen inſtituta disqviſitio mea textui non nihil forte luminis affudit, niſi ſic vindicanda loci integritate, & expedienda Herodotea concluſione plane falſus forem.

Cap. XXXIX. *Κεφαλῇ δὲ κείνῃ πολλὰ καταρησάμενοι, φέρουσι τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ, καὶ Ἑλληνές σφισι ἔωσι ἐπίδημοι ἔμποροι, οἵδε φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν, ἀπ᾽ ὦν ἔδοντο· τοῖσι δὲ ἂν μὴ παρέωσι Ἕλληνες, οἱδὲ ἐκβάλλουσι ἐς τὸν ποταμὸν.).* Ego qvidem hæc, *φέρουσι τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ*, ita ſine diſtinctione ſimul ſumta haud facile intelligo. Sin diſtingvas ita: *Κεφαλῇ δὲ κείνῃ πολλὰ καταρησάμενοι φέρουσι· Τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ, καὶ Ἕλληνές σφισι ἔωσι ἐπίδημοι ἔμποροι, οἵδε φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν, ἀπ᾽ ὦν ἔδοντο· τοῖσι δ᾽ ἂν μὴ παρέωσι Ἕλληνες, οἱδὲ ἐκβάλλουσι ἐς τὸν ποταμόν.* Ad ipſa verba tantum hæc tria notari volo: *unum*, qvod *φέρουσι* ſimplex pro compoſito *ἀποφέρουσι* poſitum ſit, ut eodem in loco *ἔωσι* ſimplex poſuit, qvod infra *παρέωσι* ponit: *alterum*, qvod *σφισι* pro *αὐτοῖς* poſt *Ἕλληνες*, ut ſolet, abundat: *tertium*, qvod jam *τοῖσι μὲν* & *τοῖσι δὲ* apte ſibi ex oppoſito reſpondent, cum primo tantum dicit illos auferre devotum caput, deinde cum diſcrimine, qvorſum hi, & qvorſum illi auferant. Cap.

Cap. XL. Πλήσαντες δὲ τȣ́των (ſc. τὸ σῶμα τȣ͂ βοὸς) καταγίζȣσι, ἔλαιον ἄφθονον καταχέοντες· προνηστεύσαντες δὲ (ſc. τῇ Ἴσι) θύȣσι· καιομένων δὲ τῶν ἱρῶν, τύπτονται πάντες· ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνται, δαῖτα προτίθενται τὰ ἐλίποντο τῶν ἱρῶν.) Qvem aut qvid τύπτονται? τὸ σῶμα τȣ͂ βοὸς? Minime, qvanqvam ex ipſis verbis ſuſpicari hoc qvisqvam facile poſſet: ſed ſemetipſos verberant. Verte, *ſeſe plangunt, cumqve ſe plangere deſierint*. Medium hic, ut ſolet, reciprocam habet éamqve prægnantem ſignificationem, ut ſc. *luctum cum planctu* v. *ſui verberatione* ſignificet. In loco tamen Lucianeo, qvem e *Lib. de Dea Syria* huc afferunt illuſtrandæ rei, τύπτονται ſolam reciprocam ſignificationem retinet, cum Luctus alio verbo exprimitur. At locus ſane Lucianeus optime, qvid moris fuerit, illuſttat, qvod videlicet in ſimili cauſa, dum caſum qvendam Isidis, ut apud Lucianum Byblii caſum Adonidis, lugebant, ſemetipſos hic apud Herodotum, non hoſtiæ corpus verberaverint: qvem locum igitur, hîc depoſuiſſe non poenitebit: καὶ κατὰ μνήμην τȣ͂ πάθεος τύπτονταί τε ἑκάστȣ ἔτεος, καὶ θρηνέȣσι· — ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνται καὶ ἀποκλαύσωνται. At hac de re, qvam nemo addubitavit, cur ita copioſe? Propter locum parallelum C. 61. Ἐν δὲ Βȣσίρι πόλι ὡς ἀνάγȣσι τῇ Ἴσι τὴν ὁρτὴν, εἴρηται πρότερόν μοι. (Cap. 40.) τύπτονται μὲν γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίην πάντες καὶ πᾶσαι, μυριάδες κάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων· τὸν δὲ τύπτονται ȣ̓ μοι ὅσιον ἐστι λέγειν. Hinc apparet, qvaſi alium qvendam, qvam ſemetipſos verberarent. Atqve propterea ſunt, qvi lectionem præferunt, τῷ δὲ τύπτονται, qvæ duplicem ſenſum habere poſſet, vel *cui ſe verberent*, vel, *qvo ſe verberent*. Gronovium ſi conſulamus, reſpondet: "Activum ſenſum verbi τύπτεσθαι accuſativus appoſitus ſemper flagitat ut Cap. 42. τȣ͂τα ποιήσαντες τύπτονται οἱ περὶ τὸ ἱρὸν ἅπαντες τὸν κριὸν Cap. 132. ἐπεὰν

 τύπτων-

τύπτωνται ὁ Αἰγύπτιοι τὸν οὐκ ὀνομαζόμενον θεὸν: qvi ubi omiſſus eſt, videtur id verbum in medio & ancipiti hærere, ut Cap. 40. καιομένων δὲ τῶν ἱρῶν τύπτονται πάντες. „ Hic ergo qvod Stephanus reddidit, *omnes ſe ipſos verberant*, reprehendit ille, & pasſive verbum vult accipi, qvod omiſſus ſit qvartus caſus. Inde colligit, ita qvoqve Cap. 61. τὸν δὲ τύπτονται, ut in loco realiter parallelo, ſumi debere, qvamvis adjunctus ſit accuſativus. Adeoqve vertit *qvem autem verberarentur* ɔ: *qvem reſpicerent illa verbera qvibus a ſe verberabantur*. Subjungit: " habet id ſermo Græcus, ut verba in communi uſu more ſolito uſurpata, ſi ad ſacra aut ſolennitatem peculiarem transferantur, ubi ſunt multa inſolita, debeant ad inſolita iſta exprimenda pati aliqvid alias non ferendum. Tale eſt, qvod habet Lucas VIII. 52. ἔκλαιον δὲ πάντες, καὶ ἐκόπτοντο αὐτὴν, „ Hæc obſervatio qvam ſit ad rem parum apta, & in rejicienda media & reciproca ſignificatione, & ſtatuenda pasſiva, qvam imprudens fuerit Gronovius, notante præſertim Wesselingio, qvis non ipſe & vel ultro videret? Apud Lucam verte: *flebant omnes, eamqve ſeſe plangendo lugebant*. Ita, τὸν δὲ τύπτονται, *cujus cauſa ſeſe verberarent* v. *qvem ſeſe plangendo lugerent*. Num qvid dicit aliud qvod vult Gronovius, *a ſe verberarentur*. Et cum de pasſivo ſenſu a Cap. 40. ad 61 argumentum ducit, hoc contra qvispiam ex illa ipſa Gronovii nota de ſenſu activo a Cap. 61. ubi ſcilicet accuſ. τὸν δὲ adjunctus eſt, ad 40 revocaverit, qvaſi vero proinde alium qvempiam vel qvidpiam aliud qvam ſeipſos verberarent. Certe ſi advoces huc ſupra citata Cap. 42 & Cap. 132, hæc te facile, credo, induxerint, ut activum ſenſum tam medio & reciproco qvam pasſivo præferres, & qvidpiam aliud vel qvempiam alium eos, qvam ſemetipſos verberare crederes. In his locis ego inter ſe collatis certe multum ac diu hæſi, donec mihi tandem ejus in men-

tem

tem venit, qvod Cap. 61. his verbis τόν δὲ τύπτονται ita ſubjunxit Herodotus. ὅσοι δὲ Καρῶν εἰσι ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες, οὗτοι δὲ τοσῦτῳ ἔτι πλέω ποιεῦσι τῦτων, ὅσῳ καὶ τὰ μέτωπα κόπτονται μαχαίρῃσι. Ex eo igitur, qvod *Cares* hic dicit a ſemetipſis multo magis affligi atqve vulnerari, manifeſtum eſt, Ægyptios qvoqve ſibi feciſſe, qvod fecerint. His ergo ſi ſupra citatum Lucianeum locum adjungis, & Herodoteum Cap. 85. αὗται ἀνὰ τὴν πόλιν στρωφώμεναι τύπτενται — ἑτέρωθεν δὲ οἱ ἄνδρες τύπτονται — unde qvid in publico luctu moris fuerit, perſpicitur, jam nihil certe porro eſt, qvod addubites, qvin in locis ſupra citatis omnibus Autores Valkenarium & Wesselingium ſecutus rectisſime verterit Cl. Kallius noſter. Cap. 40. *dum ſacrificium ardet, omnes ſe verberant. Poſteaqvam plangere deſierunt* &c. Cap. 42. *Cuncti qvi circa templum ſunt ab arietem plangunt.* Cap. 61. *qvem autem propter verberent ſe* i. e. *qvemnam inflictis ſibi verberibus lugeant.* Cap. 132. *Ægyptii ſemet verberant propter Deum qvendam* i. e. *Deum qvendam ſeſe plangendo lugent.* E qvibus duo loca Cap. 42, & 132. ex reliqvis tanqvam parallelis ſic explicanda ſunt, ut propter hæc activus ſenſus, qvæ alias probabilis, videri poſſet, rejiciatur, ſtatuaturqve medius ubiqve ac reciprocus, minime pasſivus: ut neqve adeo de activo horum, neqve de pasſivo illorum ſenſu audiendus ſit Gronovius.

Cap. XLVI. Ἐγένετο δ' ἐν τῷ νομῷ τῦτῳ ἐπ' ἐμεῦ τῦτο τὸ τέρας· γυναικὶ τράγος ἐμίσγετο ἀναφανδόν. τῦτο ἐς ἐπίδεξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο.) Hoc poſtremum, τῦτο ἐς ἐπίδεξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο, qvid ſibi velit, multum diuqve dubitavi. Vertunt, *qvod in oſtentationem hominum pervenit*, in documentum ſcilicet, qvod non omnis verſio ſit interpretatio. Ad verum forte ſenſum ſic interpretatus eſt Cl. Kallius noſter:

 ſter:

ſter: *quod ſic actum oſtentabant homines.* Eo evaſit ſcilicet, ut id ita factum depingerent homines & oſtentarent aliis. Sed miror, ſi hoc ſenſu ita tanqvam ex abrupto & ſine copula hoc adjunctum ſit, pro καὶ τοῦτο ἐπέδειξαν ἄνθρωποι, vel, καὶ τοῦτο ἐς ἐπίδεξιν ἀνθρώποις ἀπίκετο. Itaqve, num qvid aliud ſubeſſe verbis poſſet, ſuſpicari non deſino.

Cap. XLIX. Ἐγὼ μὲν νῦν φημὶ Μελάμποδα γενόμενον ἄνδρα σοφὸν, μαντικήν τε ἑωϋτῷ συστῆσαι, καὶ πυθόμενον ἀπ' Αἰγύπτου ἄλλα τε πολλὰ ἐσηγήσασθαι Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ Διόνυσον, ὀλίγα αὐτῶν παραλλάξαντα. οὐ γὰρ δὴ συμπεσέειν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα τῷ θεῷ, καὶ τὰ ἐν τοῖσι Ἕλλησι· ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν τοῖσι Ἕλλησι, καὶ οὐ νεωστὶ ἐσαγμένα. οὐ μὴν οὐδὲ φήσω, ὅκως Αἰγύπτιοι παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον ἢ τοῦτο, ἢ ἄλλο κού τι νόμαιον.) Totum hunc locum valde dubium reddit una vox ὁμότροπα. Tanqvam oppoſita hic ponuntur ὁμότροπα — καὶ οὐ νεωστὶ ἐσαγμένα. Ego vero, qvæ ſit hæc oppoſitio, certe neſcio. Qvid, qvæſo, obſtat, qvo minus & ὁμότροπον, & νεωστὶ ἐσαγμένον, idem ſit. At ὁμοτρόφοις, *qvæ ſunt cum ipſis nata,* τὰ νεωστὶ ἐσαγμένα verbis opponi poſſunt, ut re ipſa ſunt oppoſita. Neqve vero ſola oppoſitio voci ὁμότροφα favet, verum etiam ipſa Autoris argumentatio, qvam veram & integram hæc vox relinqvit, ὁμότροπα vero certe difficilem intellectu, niſi nullam qvoqve facit. Statuit HERODOTUS: *per* MELAMPODEM *apud Græcos recentius introducta eſſe ætate priora Ægyptiaca Bacchi ſacra.* Huic aſſerto duo repugnant: *unum,* ſi caſu qvodam coincidiſſent qvæ in Ægypto & qvæ apud Græcos Baccho fiunt: *alterum,* ſi vel hæc vel alia qvæpiam ſacra Ægyptii a Græcis accepiſſent. Poſterius ut abſurdum HERODOTUS improbat. Prius ſic deſtruit: *Si caſu coincidiſſent,* ὁμότροπα ἂν ἦν τοῖσι Ἕλλησι. An vero ὁμότροπα forent,

rent, qvæ caſu qvodam coincidunt? Sin vertas τὸ συμπεσέειν, ut vulgo ſolent, *caſu congruere*, tum vero ὁμότροπα forent, qvæ caſu congruunt i. e. congruerent qvæ congruunt: qvis negat? At qvid hoc erat neceſſe dici & inde qvid porro? Ergone, ὀ νεωςὶ ἐσαγμένα? Siccine Conſimilia non poſſunt recentiora ætate eſſe? At ὁμότροφα ſi legas, valet argumentatio: *Si tantum caſu qvodam coincidiſſent, ab ipſis Græcis ſuam haberent originem & velut nata cum ipſis eſſent, neqve, qvod conſtat, recentiori tempore introducta eſſent. Jam vero cum & recens apud Græcos introducta ſint, & a Græcis Ægyptii non acceperint, pro relicto habendum, qvod ea ab Ægyptiis Græci acceperint & per* Melampodem *qvidem edocti fuerint*; h. e. *Cum caſu qvodam non coætanea ſint ſed apud Græcos recens introducta, vel ab Ægyptii Græci acceperint vel a Græcis Ægyptii neceſſe eſt: poſterus abſurdum: ergo prius ſtatuo.* His adde τὸ συμπεσέειν minus recte verti, *caſu congruere*, niſi ſimul *temporis congruentiam* intelligas. Nam a ſola rituum convenientia vel abſurde & ſine neceſſitate conſeqventiam ad ὁμότροπα duxiſſet, ut qvam nemo unqvam vel negaret vel deſideraret, cum *caſu congruens* hoc ſenſu & caſu ὁμότροπον idem eſſet; vel falſam ad ὁμότροφα, ſi ſic legas, duxiſſet. Nam caſu congruens & conſimile tantum cum alienigenis moribus, non ideo iis eſſet ὁμότροφον, apud qvos cum alienigenis eſſet caſu conſimile. Qvid obſtat enim, qvo minus conſimile caſu qvodam foret, ſi tandem tale poſſet eſſe, ſive cum ipſis natum, ſive recentius ab iis admiſſum eſſet? Qvare τὸ συμπεσέειν de iis hic puta dici, *qvæ caſu qvodam in idem & commune tempus ſic apud duas diverſas gentes incidunt, ut ab alteris non ri acceperint.* His omnibus rite perpenſis, verto: *Ego qvidem igitur Melampodem ajo, pro ea, qva polluit, ſapientia, & divinandi artem ſibi conciliaſſe, & ab Ægypto accepta cum alia multa apud Græcos inſtituiſſe,*

tum Bacchi ſacra ſic, ut eorum tantum pauca immutaverit. Nec enim utiqve caſu qvodam dixerim in idem incidiſſe tempus qvæ in Ægypto hunc Deo, & qvæ apud Græcos, ſiunt (ita ut neutri ab alteris acceperint); *nempe ſic forent cum ipſis Græcis nata, neqve recens adeo introducta: neqve vero dicam Ægyptios a Græcis aut hoc aut aliud qvidpiam inſtitutum ſacrum admiſiſſe.* h. e. non ſunt forte coætanea & a ſe invicem independentia ſed Græca recens introducta: ergo vel Ægyptia vel Græca altera alteris recentiora ſunt & ab alteris altera accepta: At Ægyptia talia non eſſe dixerim: ergo Græca ut recens introducta ab Ægyptiis ætate prioribus accepta ſtatuo. — Sed voci ὁμότροφα una, qvam video, qvamqve vir acutisſimus objecit WESSELINGIUS, difficultas obſtat, qvod commode dici præterqvam de animalibus neqveat. Non, fateor, nulla hæc eſt, ſed non nihil etiam infirmabit vim ejus, qvod conſtat, propriisſimis verborum ſignificatibus minime ſemper inhærendum eſſe, cum propter ſimilitudinem abſtractiorem multa ſunt ad multa alia improprie translata. Anne hoc ipſum eſt, qvod de Homericis vocibus βοῶπις, κυνώπης &c. monent ejus interpretes. Qvid? *natos cum ipſis Græcis ſacros ritus*, ut exemplum de eo, qvod præſens & ſub manibus verſatur, ſumam, latine dici, qvis improbat, qvanqvam ritus non proprie naſci, ſed animalia, dicuntur? Ita ὁμοτρόφους τοῖς Ἕλλησι eosdem græce dici, qvis improbabit? Plura, qvæ plurima poſſent afferri, jam non ſuccurrunt. Vide, ſis, qvam vexare miſere vox unica interpretem ſæpe posſit. Meam ergo falſi, noli vexare magis, ſed miſerare miſeriam, ubi, qvod verius ſit, ipſe docueris.

Cap. LII. Θεοὺς δὲ προσωνόμασάν σφεας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον.) Vertunt: *Deos autem cognominaverunt eos ab id, quod cum ornatu poſuerint omnes res*

res atqve omnes diſtributiones. Melius certe Cl. KALLIUS noſter: *θεοὺς autem eos appellaverunt, qvod hi eſſent, qvi omnes res in ordinem redigebant* (*κόσμῳ θέντες*) *atqve diſtribuebant.* Mihi vero in *ordinem redigere* & *diſtribuere* idem eſſe videtur, cum tamen HERODOTUS ſic ſcribens, *κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον*, per copulam expreſſam, qvam alias ſupervacuam faceret participialis conſtructio, *τῷ, κόσμῳ θέντες*, manifeſte ſuperaddit *τὸ, πάσας νομὰς εἶχον*, tanqvam qvod diverſum aliud ab illo eſſet. Præterea *νομὴν ἔχειν* pro ſimplici *νέμειν diſtribuere*, inſolita & certe meis auribus parum conſona phraſis eſt. Sed *νέμω* etiam eſt *guberno, adminiſtro*, & inde *νομὴ provincia, præfectura, qvam qvis adminiſtrandam habet*, vel *ipſa rerum adminiſtratio.* Qvod ſingulis Diis ſua munera, ſua officia, ſuasqve peculiarium rerum adminiſtrationes, nec non integras regiones & provincias adminiſtrandas tutandasqve aſſignaverint, ex antiqvitatibus profanæ religionis, nulli non eſt notisſimum. Jam verte, ſi placet: *qvod, cum pulcro atqve concinno ordine res omnes illi diſpoſuiſſent, iidem eas omnes regerent etiam atqve gubernarent.*

Qvi apud Autorem his verbis proxime ſubjungitur, totus locus diſtinctione confuſus, ne fere corruptum dicam, ſic apud WESSELINGIUM legitur: Ἐπεί τε δὲ χρόνου πολλοῦ διεξελθόντος, ἐπύθοντο ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπικόμενα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν τῶν ἄλλων, Διονύσου δὲ ὕστερον πολλῷ ἐπύθοντο· καὶ μετὰ χρόνον ἐχρηστηριάζοντο περὶ τῶν ὀνομάτων ἐν Δωδώνῃ. τὸ γὰρ δὴ μαντήιον τοῦτο νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι· καὶ ἦν τὸν χρόνον τοῦτον μοῦνον. ἐπεὶ ὦν ἐχρηστηριάζοντο ἐν τῇ Δωδώνῃ οἱ πελασγοὶ, εἰ ἀνέλωνται τὰ οὐνόματα τὰ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἥκοντα, ἀνεῖλε τὸ μαντήιον χρᾶσθαι. ἀπὸ μὲν δὴ τούτου τοῦ χρόνου ἔθυον, τοῖσι οὐνόμασι τῶν θεῶν χρεώμενοι. Primo apud WESSELINGIUM ſic vertitur, qvaſi lectionem ἔπειτα

δὲ

δὲ pro ἐπεί τε δὲ verſio ſeqveretur: *multo deinde progreſſu temporis qvum aliorum deorum nomina reſciverunt ex Ægypto digreſſa, poſt multo nomen Bacchi intellexerunt.* Si per *qvum* græcam particulam ἐπεὶ, qvam in textu habet, reddidit, certe *deinde* ſupervacuum eſt. Sed licet feratur utrumqve, eo tamen peccat verſio, qvod ex his verbis palmariam qvandam propoſitionem fecit, ex protaſi & apodoſi conſtantem, cum tamen tantum partem protaſeos multo longioris periodi hæc verba exhibent. Hoc utiqve non feciſſet, ſi lectionem ἐπεί τε δὲ ſecuta fuiſſet, tunc enim δὲ poſt Διονύσε obſtitiſſet, qvo minus abhinc peti poſſet apodoſis. Ergo lectionem ἔπειτα ſeqvitur & ſuum *qvum* inſeruit verſionis Autor, qvia ipſi periodum ſic placuit copulare, qvaſi hic eſſet protaſi & apodoſi abſoluta propoſitio, & qvaſi hoc ceu palmarium qvoddam aſſereret Autor, *Bacchi nomen illos audiviſſe multo poſt audita aliorum Deorum nomina*, cum tamen hic nihil aliud ſit, qvam ab omnibus reliqvis Deorum nominibus facta reſpectu temporis exceptio qvædam. Certe ſic multo melius Cl. noſter Kallius, qvatenus nullam hic admiſit apodoſin: *multo deinde præterlapſo tempore diverſorum Deorum nomina reſciverunt ex Ægypto delata, ſed multo adhuc ſerius nomen Bacchi intellexerunt.* At illud *deinde* ex ἔπειτα natum, qvanqvam & ipſe lectionem habet ἐπείτε δὲ. Præterea hoc habet etiam Kalliana verſio, qvod *Bacchi nomen ſerius intellectum* palmarium qvoddam aſſertum autoris & qvidem antecedentibus adverſative oppoſitum fecerit, cum, niſi fallor ego, nihil minus ſit, ſed nuda exceptio ab univerſali & palmaria propoſitione. Reliqva ſic habent, ut ex una tota cohærente & pulcerrimo qvidem nexu adornata periodo tria punctis diſtincta membra fecerint. Ego vero lectionem, qvam ipſi Duumviri Clariſſimi habent, retinebo, & verſione ſeqvar. Ergo ſtabilienda lectio, cui duo præcipua momenta certe

favent,

favent, niſi ſuam qvoqve veritatem certo aſſerant. Unum eſt contextus antecedentium. *Pelasgi antea Diis omnia immolabant, qvos tamen nullis aut nominibus aut cognominibus appellabant, qvippe qvæ nondum audiviſſent.* Huic aſſerto, ſi qvid opponi debet, qvid, qvæſo, aliud opponi poteſt, qvam hoc: *ſed poſtqvam audiverunt; tum deinde hac uſurparunt.* Ex ἔπειτα hoc incipere poſſet, fateor: neqve tamen deeſſe poſſet particula, qvæ *poſtqvam* exprimeret, ſic fere, ἔπειτα δὲ, ἐπεὶ ἐπύθοντο κτλ. nec aliud unqvam aſſerto illi ſuperiori opponi tanqvam palmarium poſſet, qvam qvod poſui, *tum deinde hac uſurparunt.* Alterum, qvod lectioni ἔπειτε δὲ favet, momentum eſt, qvod ἐπεὶ infra in Epanalepſi antecedentium, qvanqvam ab interpretibus illa non obſervata, ſed manifeſta tamen minimeqve dubia, repetitum legitur, adeoqve ante jam poſitum præſumi debet. His obſervatis totum ego hunc haud ſine qvadam ſtructuræ elegantia adornatæ orationis locum inde a ſuperiori contextu altius repetitum ſic lego, diſtingvo, conſtruo: Ἔθυον δὲ πάντα πρότερον οἱ Πελασγοὶ θεοῖσι ἐπευχόμενοι, ὡς ἐγὼ ἐν Δωδώνῃ οἶδα ἀκούσας· ἐπωνυμίην δὲ οὐδ᾽ οὔνομα ἐποιεῦντο οὐδενὶ αὐτέων· οὐ γὰρ ἀκηκόεσάν κω. Θεοὺς δὲ προσωνόμασάν σφεας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι κοσμῷ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον. Hinc incipit oppoſitio cum protaſi, qvæ duo habet membra cum duplici parentheſi, procedens usqve ad ἐπεὶ ὦν, unde paucis comprehenſa repetitur usqve ad ἀνεῖλε, cum qvo incipit apodoſis ad χρεώμενοι continuata. Ἐπέι τε δὲ, χρόνου πολλοῦ διεξελθόντος, ἐπύθοντο ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπικόμενα τὰ οὐνόματα τῶν Θεῶν τῶν ἄλλων, (Διονύσου δὲ ὕστερον ἐπύθοντο) καὶ μετὰ χρόνον ἐχρηστηριάζοντο περὶ τῶν οὐνομάτων ἐν Δωδώνῃ· (τὸ γὰρ δὴ μαντήιον τοῦτο νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι· καὶ ἦν τὸν χρόνον τοῦτον μοῦνον.) ἐπεὶ ὦν ἐχρηστηριάζοντο ἐν τῇ Δωδώνῃ οἱ Πελασ-

 γοὶ,

γοὶ, ἐι ἀνέλωνται τὰ ȣ̓νόματα τὰ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἥκοντα, ἀνεῖλε τὸ μαντήιον χρᾶσθαι· ἀπὸ μεν δὴ τȣ́τȣ τȣ̃ χρόνȣ ἔθυον τοῖσι ȣ̓νόμασι τῶν θεῶν χρεώμενοι. Latine: *Omnia vero Pelasgi Diis immolabant olim cum vota facerent, qvemadmodum ipſe apud Dodonam audiendo cognovi: ſed eorum nulli cognomen vel nomen imponebant, qvippe qvæ necdum ipſi audierant:* θεȣ̀ς *autem eos appellaverunt, qvod, cum hi eſſent* (θέντες) *qvi pulcro qvodam atqve concinno ordine res omnes diſpoſuiſſent, tum iidem omnes eas regerent etiam atqve gubernarent.* Hinc jam incipit oppoſitio, ut in textu ſupra ſignificavi: *Poſtea vero qvam, longo poſt præterlapſo tempore, tum ex Ægypto delata reſciviſſent aliorum Deorum nomina* (*ſolo Bacchi excepto qvod ſerius audiendo perceperunt*), *tum aliqvanto poſt de his nominibus Dodonæ oraculum conſulerent* (*namqve hoc oraculum ex iis, qvæ apud Græcos ſunt, vetuſtisſimum habetur; & erat eo tempore unicum*)*: cum, inqvam, Dodonæ Pelasgi conſulerent, utrum a Barbaris profecta nomina adjciſcerent, tum oraculum redditum ipſis eſt, ut illis uterentur: atqve ab hoc tempore ſic ſacrificabant, ut ſuum cuiqve proprium nomen, cui ſacra fierent, asſignarent.* — Ad calcem deniqve hujus obſervationis duo tantum monebo: unum, in ἐπέι τε δὲ, encliticam τε minime hic abundare, qvod in *Lexico ſuo Jonico* multis citatis locis probatum ivit ÆMILIUS PORTUS. Hic enim, ἐπέι τε δὲ ἐπύθοντο, — καὶ ἐχρηστηριάζοντο ſibi mutuo reſpondent, & omnino ſuſpectas illas ſic dictas abundantias habeo, haud injuriâ, qvippe qvibus interpretes ſæpisſime falſos novi: alterum hoc eſt, qvod verſionis, qvam dedi, initium ſic habet Cl. KALLIUS: *In omnibus ſacrificiis vota olim Deis faciebant Pelasgi:* haud certe ſine judicio: veritum credo clarisſimum virum, ut Pelasgos primis illis temporibus omnia immolaſſe, vere dici poſſet. Mihi qvidem obſtat, qvod non ſcripſit HERODOTUS, Θύοντες δὲ πρότερον οἱ

Πε-

Πελασγοὶ πάντα θεοῖσι ἐπεύχοντο, ut adeo πάντα fere ſimul eſſet pro κατὰ πάντα. Neqve vero tanqvam præcipuum hoc dici exiſtimo, qvod inter ſacrificia Diis preces ac vota facerent. Qvis enim dubitaret? Sed multo magis præcipuum erat, ut Diis immolare hoſtias dicerentur, qvoties illis vota precesqve facerent. Qvicqvid ſit, vocem πάντα & ego ſuſpectam habeo mihiqve moleſtam, niſi forte idem qvod πάντως, adeoqve ſenſus hic eſſet: *omnino autem & ſemper Pelasgi Diis olim, cum vota precesqve facerent, hoſtias immolabant etiam* ſc. vel in commune, absqve Deorum ullo diſcrimine aut diverſa cognominatione, vel κατὰ πάντα omni loco, ac tempore, ubicunqve & qvandocunqve Deos adorarent: qvod poſterius forte magis placebit, qvanqvam & priori contextus ipſe faveret.

Cap. LIII. Μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθὲς: ὡς εἰπεῖν λόγῳ) Vertit KALLIUS: *ignorarunt, ut ita dicam, ad heſternum usqve diem vel nudius tertius.* Recte. Si mittas proverbium, ſenſus erit: *ignorarunt ad recentiorem usqve ætatem.*

His ſubjungit: Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι· οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. Ex his apparet, qvod recentiorem illam ætatem refert ad ætatem HOMERI atqve HESIODI, atqve adeo ad qvadringentos ante ſe natum annos. Itaqve HOMERUM hic & HESIODUM tanqvam Autores illos poſuiſſe videtur, qvi primi theogoniam fabricando, aut certe verſibus deſcriptam evulgando hanc de Diis notitiam Græcis attulerunt, qvam ante non habuerant. Qvare, licet per verbum illud ποιήσαντες illos non tanqvam inventores Theogoniæ deſcripſerit, certe tamen ceu

illius notitiæ Græcis primos autores ſignificat, ut adeo in vulgus Græcorum hæc de Diis ante minime nota fuerint. Nam ſi *ποιήσαντες* de ſola poetica rerum ante jam in vulgus notarum deſcriptione intelligas, ego, qvid de illa Græcorum usqve ad HOMERI atqve HESIODI ætatem ignorantia, qvam ante poſuit, faciendum ſit, me qvidem neſcire fateor. Atqve adeo, qvid de hac WESSELINGII nota fiat, idem neſcio: " Inventores Theogoniæ, antea Græcis ignotæ, HOMERUM & HESIODUM fuiſſe, ſi ſignificarit, aut erroris reus erit, aut imprudentiæ. Uterqve poeta, qvæ de Diis canunt; non ut nova & a ſe primum excogitata perhibent, ſed cognita & a majoribus accepta. „ Qvid, ſi aliud ſit, *inventores fuiſſe Theogoniæ*, & aliud, *Autores fuiſſe illius apud Græcos evulgatæ notitiæ, qvam Theogonia continet.* Prius WESSELINGIO dabimus, tales inqvam inventores poetas illos duos non fuiſſe, ſi poſterius ille HERODOTO nobisqve non invidebit. Ad hanc noſtram interpretationem aptisſime rectisſimeqve ſic reddidit Cl. noſter KALLIUS: *qvi Græcos carminibus theogoniam docuerunt.* Nam *theogoniam docere & docendo evulgare primi poſſunt*, qvi eam ipſi non invenerunt.

Καὶ τὰ μὲν πρῶτα αἱ Δωδωνίδες ἱρηίαι λέγουσι· τὰ δὲ ὕστερα τὰ ἐς Ἡσιοδόν τε καὶ Ὅμηρον ἔχοντα, ἐγὼ λέγω.) Vertit KALLIUS: *atqve antiqviora qvidem illa ſunt nomina, qvæ Dodonides Sacerdotes memorant: poſteriora autem dico, qvæ Heſiodo & Homero auctoribus debentur.* An recte ſatis, hactenus incertus ſum, niſi ſic ſcripſiſſet HERODOTUS: *καὶ τὰ μὲν πρῶτα, τὰ αἱ Δωδωνίδες ἱρηίαι λέγουσι· τὰ δὲ ὕστερα, τὰ Ἡσίοδός τε καὶ Ὅμηρος ἐποίησαν v. ἔχουσι, ἐγὼ λέγω.* Nec ulla mihi qvidem ratio apparet hactenus, cur illa priora, hæc poſteriora tempore diceret: qvis enim, qvin Ægyptiaca & Pelasgica Deorum nomina tempore priora Homericis eſſent, dubitaret? neqve hæc *τὰ ἐς Ἡσιοδόν τε καὶ Ὅμηρον ἔχοντα*, mihi qvidem videntur eſſe,

qvæ

qvæ Heſiodo ac Homero debentur, ſed *qvæ ad Heſiodum atqve Homerum pertinent* v. *de Heſiodo atqve Homero ſupra dicta ſunt.* Qvare dubius ſum, utrum præferam an poſtponam Verſioni Kallianæ, qvod apud Wesselingium ſic habetur: *& prima qvidem illa* (ſc. de Deorum nominibus dicta, qvod ab Ægyptiis Pelasgi & a Pelasgis Græci ea acceperint) *Dodonides Sacerdotes memorant: poſteriora autem ad Heſiodum & Homerum ſpectantia, ego refero.* Cur ita vero, & qvorſum hæc diceret? qvia, forte, qvod de Homero & Hesiodo tanqvam autoribus Theogoniæ & priſtina Græcorum ignorantia ante dixit, id continua oratione cum illis, qvæ Dodonæ audiverat, conjunxit, ut adeo facile ſuſpicari qvisqvam poſſet, hoc ipſum qvoqve tanqvam a Sacerdotibus relatum referre. Qvod vero inſeruit δοκέω, & ἐμοιγι δοκέειν, eo tum forte tantummodo hoc velut ſuum diſtinxit, qvod de Homeri atqve Hesiodi ætate dixit. Neqve tamen diffiteor, qvin difficultatem aliqvam mihi creaverit, qvod verba hæc καὶ τὰ μὲν πρῶτα κτλ· ſuperioribus per καὶ potius, qvam per ἀλλὰ hoc ſenſu ſubjunxerit. Apparet enim ideo ſic, qvaſi hæc verba etiam aliqvam argumenti partem efficerent, qvam tamen ego utiqve non intelligo, qvum cautelæ potius ſpeciem præbent, ne ſcilicet ſua dicta cum alienis confunderentur. Verum forte priora Pelasgica, poſteriora Homerica nomina dixit, ne qvis illa ipſa ab Homero & Hesiodo recepta putaret. Qvicqvid deniqve ſit, qva ratione cum phraſeologia Græca conciliari posſit mutata verſio, hactenus non valeo perſpicere. Neqve contra ſatis perſpicio, qvæ tanta fuerit illius cautionis necesſitas, ne ſc. qvis Herodoteam relationem cum illa Dodonæa confunderet. Ego certe vel ſine hac vix unqvam confudiſſem.

Cap. LIV. Δύο γυναῖκας ἱρηίας ἐκ Θηβέων ἐξαχθῆναι ὑπὸ Φοινίκων) Lege potius, Auctore Walkena-

rio γυναῖκας ἱρὰς, ſicut infra Herodotus easdem ipſe C. 56. τὰς ἱρας γυναῖκας appellat, qvarum alteram deſcribit, qvod fuerit ἀμφιπολέυȣσα ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διός. Nec enim *ſacerdotes*, ſed *ſacræ*, ſacerdotumqve miniſtræ fuiſſe videntur, qvia ſupra ſcripſit Herodotus C. 35. ἱρᾶται μὲν ȣδεμίη ȣ̎τε ἔρσενος θεȣ̃, ȣ̎τε θηλέης· ἄνδρες δὲ πάντων τε καὶ πασέων.

Cap. LXIV. Ἀπὸ τȣ́τȣ τῷ Ἄρεϊ ταύτην τὴν πληγὴν νενομικέναι φασὶ. καὶ τὸ μὴ μίσγεσθαι γυναιξὶ ἐν ἱροῖσι, μηδὲ ἀλȣ́τȣς ἀπὸ γυναικῶν ἐς ἱρὰ ἐσιέναι, ȣ̎τοί εἰσι οἱ πρῶτοι θρησκεύσαντες. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι σχεδὸν πάντες ἄνθρωποι κτλ.) Sic textum recte qvidem diſtinctum edidit Wesselingius. Qvod autem minus recte reddiderit, qvam ediderit, qvi factum ſit, neſcio. Vertit enim: *Abhinc iſtam verberationem ajunt ſolemnem fuiſſe Marti die feſto, & inſtitutum, ne in templo cum feminis coiretur, neve illoti a venere templa adirent. Hi ſunt qvi primi ceremoniis vacaverunt*; (*his ceremoniis* habet Kallius, nec ſine judicio) *nam ceteri fere omnes mortales &c.* Ad textum igitur ſic diſtingve: *inde hanc verberationem ajunt Marti ſe die feſto ſolemnem inſtituiſſe. Et hi qvidem primi ſunt, qvi ſas eſſe ſtatuerunt, ne in templis cum feminis coiretur, neve illoti a venere templa adirent. Nam ceteri fere mortales omnes* &c. Si τὸ, ȣ̎τοί εἰσι οἱ πρῶτοι θρησκέυσαντες, ab antecedentibus ſeparatum reddas, *Hi ſunt, qvi primi his ceremoniis vacaverunt*, tum & comma ſupra poſt φασί ponendum fuiſſet, & haud dubie ſcripſiſſet Herodotus, ȣ̎τοί εἰσι οἱ πρῶτο τȣ̃το θρησκέυσαντες.

Ἐθέλοντα τῇ μητρὶ συμμίξαι) Concederem, qvod Wesselingius notavit, τὸ, τῇ μητρὶ συμμίξαι *colloqvium* reqvirere *matris*, *coitum* nunqvam, ſi addidiſſet, niſi contextus hunc reqvireret. At hoc animo tamen acceſſiſſe Martem, Miniſtri arbitrati ſunt, ideoqve eum repellere conabantur. Qvid porro? ſi dicamus

Martem,

Martem, ut *ἀπότροφον γενόμενον*, ipſum qvoqve matrem ſuam ignoraviſſe, & voluiſſe tanqvam ad ſacerdotem templi utpote libidine captum intrare? Nam ſi ſaltim animo colloqvendi cum matre accesſiſſet, qvidni miniſtros, qvis eſſet, certiores feciſſet? Qvicqvid ſit, reliqva, qvæ ſeqvuntur, de coitu omnia verſantur, ideoqve factum dicitur, ut in templis coire cum mulieribus, poſthac nefas eſſe ducendum ſtatuerint.

Cap. LXV. *Αἰγύπτιοι δὲ θρησκεύουσι περισσῶς τά τε ἄλλα περὶ τὰ ἱρὰ, καὶ δὴ καὶ τάδε.*) Verte: *Ægyptii autem, cum aliis circa ſacra ritibus, tum his qvoqve præſertim ſuperſtitioſe vacant.* Sed utrum hoc ad ſuperiora pertinens Caput 64 claudat, ut oppoſitio foret: *οὗτοι μὲν νῦν τοιαῦτα* — *Αἰγύπτιοι δὲ θρησκεύουσι κτλ.* an ad ſeqventia pertinens initium Cap. 65 efficiat, dubius ſum. Si poſterius, ſeqveretur *ἐοῦσα γὰρ Αἴγυπτος*, non *ἐοῦσα δὲ Αἴγυπτος*, niſi *δὲ* pro *γὰρ* acceptum velis, ut ſolet qvidem, qvanqvam rarius accipi. Hoc pervidiſſe videtur Cl. KALLIUS, qvi *δὲ* per *nempe* reddidit. Apud WESSELINGIUM in verſione omittitur, ſicut & *γὰρ* hoc ſenſu poteſt verſione negligi. Nihil habeo qvod objiciam, niſi qvod, qvanqvam & forte rarisſime *δὲ* ſic accipitur, immerito tamen eam a multis & in multis præſertim N. T. locis ſic accipi, mihi ſit certisſimum. Obſtat contra mihi, ſi prius ſentirem, qvod *τὸ καὶ δὴ καὶ τάδε* apud Autorem plerumqve ſolet ſeqventia reſpicere, & ſeqvitur, qvod reſpicere poteſt, ſcilicet qvod beſtias omnes pro ſacris habent.

Μελεδωνοὶ ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς χωρὶς ἑκάστων, καὶ ἔρσενες, καὶ θήλεαι τῶν Αἰγυπτίων.) Vertunt: *eas ſeorſim ſingulas educandi curam & viri & feminæ Ægyptiorum ſuſceperunt.* Curni vero ita potius: *publice deſignati ſunt, qvi ſeorſim ſingulas alendas curent.* Sic infra, *τροφὴ μὲν δὴ αὐτοῖσι τοιαύτη ἀποδέδεκται,*

δέκται, qvod item minus recte vertitur, *talis eis cibus præbetur*, pro, *talis eis cibus aſſignatus eſt.* Et Cap. 77. χωρὶς ἢ ὁκόσοι σφι ἱροὶ ἀποδεδέχαται, ubi recte ſatis paſſive vertunt, *præter illos, qvi ab eis ſunt pro ſacris recepti*, niſi parvo ſenſus cum diſcrimine malis, *publice deſignati.*

Cap. LXXVII. Αὐτῶν δὲ δὴ Αἰγυπτίων, οἱ μὲν περὶ τὴν σπειρομένην Αἴγυπτον οἰκέουσι, μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα, λογιώτατοί εἰσι μακρῷ τῶν ἐγὼ ἐς διάπειραν ἀπικόμην.) Vertunt: *ipſorum autem Ægyptiorum ii, qvi circa partem Ægypti ſeminari ſolitam habitant, memoriam omnium hominum maxime exercentes, ſunt fere eorum, in qvorum ego veni experientiam, longe excellentisſimi.* Sic ego: *Ex ipſis autem Ægyptiis, qvi ſatis frugibusqve cultam Ægypti regionem incolunt, ii, qvippe monumentis prodendæ rerum memoriæ ſummam præ omnibus aliis hominibus operam dantes, longe omnium qvoqve eruditisſimi ſunt, qvos qvidem ego expertus ſum.* Λογιώτατοι, *doctisſimi, eruditisſimi, in hiſtoria & antiqvitatibus ſuæ gentis verſatisſimi.* Sed *excellentisſimi* ſapit, qvaſi λωγιμώτατοι ſcriptum fuiſſet. Neqve qvamlibet in genere memoriæ ceu facultatis animæ exercitationem ſignificari credo.

Cap. LXXIX. Πατρίοισι δὲ χρεώμενοι νόμοισι, ἄλλον οὐδένα ἐπικτέωνται.) Vertunt: *Contenti vero hymnis patriis, nullum alium iis aſciſcunt.* Mihi qvidem apparet, qvaſi ſeqvens τοῖσι hinc avulſum & ſeqventibus præfixum ad ἐπικτέωνται revocandum eſſet. Certe ſic ſonat illa ſupra citata verſio. Sed ad νομοισι qvod attinet, ego mihi nunqvam aliud perſuaſerim, qvin de *moribus* ac *ritibus* autor, minime de *cantilenis hymnisqve* locutus ſit. Nam ubi de *Hymno* qvodam, qvem in ritibus commemorandis hic primum poſuit

mentio-

mentionem fecit, reliqva, qvæ ſeqvuntur, omnia de ritibus atqve moribus agunt. Qvare tutus lego, idemqve verto: *πατρίοισι δὲ χρεώμενοι νόμοισι, ἄλλον ὐδένα ἐπικτέωνται τοῖσι· patriis autem ritibus contenti, ad hos peregrinum nullum adſciſcunt.*

Seqvitur. *ἄλλά τε ἐπάξιά ἐστι νόμιμα, καὶ δὴ καὶ ἄεισμα ἔνεστι Λῖνος.* Sunt, qvi ἔν ἐστὶ pro ἔνεστι, admittunt, ſcilicet, qvod νόμοισι ſupra de *hymnis* intellexerint, in qvibus jam unum præcipue commemorari putaverint. De ritibus contra ſi νόμοισι & νόμιμα intelligas, ἔνεστι rectius legas, qvum aliàs appareret, qvaſi unicum tantum hymnum Ægyptiis eſſe dixiſſet. Vocem Λῖνος Cl. KALLIUS noſter haud ſine perſpicaci judicio omiſit hic, proptereaqve infra etiam τοὔνομα, notantis WESSELINGII autoritatem ſecutus, qvanqvam hic ipſe has voces edidit. Mihi qvoqve, fateor, rem perſuaſit WESSELINGIUS, cui certe contextus pariter ac ſubjecta materia favet, cum & infra nomen hymni Ægyptiacum refert, & ſimilem hunc illi dixit eſſe, qvem Græci *Linum* appellant, adeoqve vix voluit, hunc ipſum qvoqve hymnum in Ægypto *Linum* appellatum fuiſſe. Επάξια vertunt *laudabilia*, qvanqvam de *laude* vel *vituperio* rituum ſermo hic nullus verſatur. Qvid facerent autem? Vexatisſimus eſt, utpote perdifficilis locus, & ſuſpecta vox: pro qva nihil eſt qvod, me qvidem judice, aptius ſubſtituas, niſi vel ἀπηγήσεως ἄξια, vel ſic legas: ἄλλον ὐδένα ἐπικτέωνται τοῖσι, ἀλλ' ἅτε ἅπαξ ἐστὶ νόμιμα· καὶ δὴ καὶ κτλ. Verum huic lectioni, qvod fateor, obſtat, qvod καὶ δὴ καὶ plerumqve ἄλλατε vel ἄλλα τε πολλὰ ſibi præmiſſum habet, ut cui ſubſeqvens reſpondet: qvanqvam & interdum novæ periodi facit initium, qva ſuperioribus qvicqvam ſuperadditur, qvod inprimis notatum aut relatum volumus. Certe ſi ἐπάξια retinebimus, qvod in tanta dubitatione ſatius duco, vix tamen debet aliter qvam per *memoratu digna* verti.

E Cap.

Cap. LXXXI. Pro, τοῦδε μέντοι ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι συμφέρονται, mihi valde placet τοῦδε μέντοι ἄλλο, ſicut paullo ſupra τόδε ἄλλο, ne ſcilicet appareat, qvaſi diceret, *hac in re eos cum Lacedæmoniis, ſed cum Græcorum nullis aliis præter illos convenire*, qvod utiqve menti auctoris repugnat. Qvare verte: *in hac vero alia re cum nullis Græcorum conveniunt.*

Cap. LXXXVII. Τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους, τὴν δὲ πολυτελείην φεύγοντας, σκευάζουσι ὧδε. Ad verba WESSELINGIUS ita recte qvidem: *eos autem, qvi mediocria volunt, nimium fugientes ſumtum, ſic apparant.* Ad ſenſum autem KALLIUS noſter multo rectius: *eorum autem, qvi mediocria volunt, nimiumqve fugiunt ſumtum, cadavera ſic apparant.* Sic certe vult HERODOTUS intelligi, qvaſi ſcripſiſſet: τῶν δὲ τὰ μέσα βουλομένων, τὴν δὲ πολυτελείην φευγόντων τοὺς νεκροὺς σκευάζουσι ὧδε. Cur ergo non ſcripſit, qvod ſenſit? Utrum hoc gratæ cuidam Autoris negligentiæ ſit adſcribendum; an voluntas mortuorum antecedens ſpectanda veniat; an deniqve revera ſcripſerit Herodotus, τοὺς δὲ (ſc. νεκροὺς) τὰ μέσα βουλομένων — — φευγόντων, atqve hoc ſcioli mutaverint in βουλομένους & φεύγοντας, qvod vitium ſuſpicati ad præcedens νεκροὺς repetendum animos non adverterint; ex his tribus qvid ſit vero ſimillimum, videant qvi posſint. Poſtremo fortasſis obſtare videbitur, qvod tum articulus deberet participiis eſſe præfixus, niſi forte hunc, ne nimis multiplicaretur, omiſerit, & pro τοὺς τῶν τὰ μέσα βουλομένων, ſcripſerit τοὺς τὰ μέσα βουλομένων. Alterum illud ac medium ex eo probari poſſe videtur, qvod C. 88. paulo infra ſcripſit, ἢ τοὺς χρήματι ἀσθενεστέρους σκευάζει, in qvibus certe ſpectatur mortuorum ſuperior in vita conditio. Sic & in illo loco itidem ſuperior voluntas haud dubie reſpicitur hoc ſenſu: *Eorum autem, qvi ſuprema voluntate, ſibi placere mediocria, nimium-*

nimiumqve diſpicere ſumtum, declaravere, cadavera ſic apparant. Sin ſpectandi forent amici, qvi ad conditu ram adferunt cadavera, admodum improprie, niſi vel negligenter, ſcripſit τὰς βουλομένους — σκευάζουσι pro τῶν τα μέσα βουλομένων τοὺς νεκρούς. Neqve tamen ejusmodi gratæ, qvam vocant, negligentiæ vel in optimis ſcriptoribus exempla deſunt.

Cap. XCII. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ῥίζα τοῦ λωτοῦ τούτου ἐδώδιμη καὶ ἐγγλύσσει, ἐπιεικέως ἐὸν στρογγύλον, μέγαθος κατα μῆλον.) Textum ita male diſtinctum ſic recte tamen vertunt, Wesselingius: *eſt autem hujus loti radix qvoqve eſculenta, etiam temperate edulcat, orbiculatum, mali magnitudine:* Kallius — — — *temperatæ dulcedinis* — — qvod ad reliqva aptius eſt, qvam *temperate edulcat.* Qvare conjunge ἐγγλύσσει ἐπιεικέως, ſine commate, qvem errorem forte typographi correctores non obſervarunt.

Cap. XCIII. Ἀποῤῥαίνοντες τοῦ θοροῦ.) Cum ἀποῤῥαίνειν ſimpliciter *genituram ſpargendo effundere* ſignificet, genitivus τοῦ θοροῦ ſine ulla caſuum enallage ſic intelligi poteſt, ut *genitura ſeſe ſparſim effuſa evacuent.*

Κατ' ὀλίγους τῶν κέγχρων.) Vertunt: *inſtar milii parva.* Rectius me judice: *parvorum inſtar miliorum* ɔ: *ova, qvæ parva grana miliaria æqvant magnitudine.* Alias enim vel κατὰ τοὺς κέγχρους ſcripſiſſet, vel ὀλίγων κατὰ τοὺς κέγχρους, ſi videlicet nullius miliorum diverſæ magnitudinis rationem habuiſſet, ut qvorum minoribus cum granis eandem ova magnitudinem haberent.

C. XCIX. Τὸν Μῆνα, τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου, οἱ ἱρέες ἔλεγον, τοῦτο μὲν, ἀπογεφυρῶσαι τὴν Μέμφιν· (τὸν γαρ ποταμὸν πάντα — — — κινδυνος πάσῃ Μέμφι κατακλυσθῆναι ἐστι·) ὡς δὲ τῷ Μῆνι

Μῆνι τȣ́τῳ, τῷ πρώτῳ γενομένῳ βασιλεῖ, χέρσον γεγονέναι τὸ ἀπεργμένον, τȣ̃το μὲν, ἐν αὐτῷ πόλιν κτίσαι ταύτην, ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται· (ἔστι γὰρ καὶ ἡ Μέμφις ἐν τῷ στεινῷ τῆς Αἰγύπτȣ·) ἔξωθεν δὲ αὐτῆς περιορύξαι λίμνην ἐκ τȣ̃ ποταμȣ̃ πρὸς βορέην τε καὶ πρὸς ἑσπέρην· (τὸ γὰρ πρὸς τὴν ἠῶ αὐτος ὁ Νεῖλος ἀπέργει·) τȣ̃το δὲ, τȣ̃ Ἡφαίστȣ τὸ ἱρὸν ἱδρύσασθαι ἐν αὐτῇ, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιαπηγητότατον. *Menem, Ægypti primum regem, ajebant ſacerdotes, partim Memphin urbem ita condidiſſe, ut eam ſtructis undiqve pontibus circumdatam ſecluſerit: (qvippe cum montem ſabuloſum Africam verſus totus præterlaberetur fluvius—— —periculum foret omni* Memphi, *ne aqvis operiatur·)* Menem *inqvam illum, qvi primus Ægypti Rex exſtitit, cum ita ex eo loco, unde abactus erat fluvius, continentem feciſſet, partim in eo urbem eam condidiſſe, qvæ nunc* Memphis *appellatur (eſt enim* Memphis *in anguſto qvodam Ægypti loco ſita) & extra eam ſeptentrionem verſus & occidentem ex flumine circumfodiſſe ſtagnum (nam orientem verſus ipſe Nilus dirimit) partim etiam in ea urbe templum exſtruxiſſe Vulcani magnum & memoratu digniſſimum.)* Sic ego: aliter alii. Primo τȣ̃το μὲν, qvod in illo loco prius occurrit, in verſione, qvam habet Wesselingius, neglectum ſic accipi facile poſſet, qvaſi de loco, in qvo condita eſt Memphis, intelligendum eſſet, non obſervata ſcilicet epanalepſi, in qva poſtea repetita occurrit, cum ſubſeqvitur paulo poſt, qvod ipſi reſpondebit, τȣ̃το δὲ. Deinde ſua nos autoritate facile Wesselingius induxerit, ut ſuam conjecturam ἀποστενυγρῶσαι, *locum abducta aqva ſiccum reddere*, ſeqveremur. Habet Locus, fateor, qvod interpretationi favet: nam revera factum hoc eſt, qvod dicit, & infra per χέρσον γεγονέναι τὸ ἀπεργμένον factum Autor ſignificat. Verum enimvero, cum ἀπογεφυρῶσαι, plus utiqve valens, qvam ſimplex γεφυρῶσαι, prægnantem hunc ſenſum habere poteſt, ut, urbem

urbem ſic condidiſſe Menem, ſignificet, ut ab una parte Nilo, ex altera circumfuſo Stagno circumdata non poſſet niſi per pontes adiri, id qvod renera qvoqve factum & ille ipſe locus narrat & res ipſa declarat, nihil credo eſſe, qvod tam emphaticam & prægnantem vocem ſuſpectam porro habeamus. At hoc adde vero, ſi dubites, ipſum Autorem infra hoc ſuum tam foecundi ſenſus verbum per hæc duo explicaviſſe, *κτίσαι* & *περιορύξαι λίμνην*, qvorum utiqve ſenſum hæc una vox *ἀπογεφυρῶσαι* complecti poteſt. Jam ſi obſervetur Epanalepſis illa præcedentis orationis, qvam habet hoc, *ὡς δὲ τῷ Μῆνι τούτῳ κτλ*, neqve repetitum *τοῦτο μὲν*, ut in Epanalepſi, miraberis, nec in reliqvis habebis, qvod ulterius ullam tibi poſſit difficultatem creare.

Cap. CI. *Τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων, οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίην ἔργων ἀπόδεξιν, κατ᾽ οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος.*) Platonicum illud, *οἱ περὶ τὰ πολιτικὰ κατ᾽ οὐδὲν γινώσκοντες*, per omnia noſtro fere ſimile, in eo certe convenit, qvod *κατὰ* in *κατ᾽ οὐδὲν*, pro ſimplici *οὐδὲν*, abundat, niſi *κατ᾽ οὐδὲν* *inſtar nihili*, vel *id, qvod pæne pro nihilo habendum ſit*, ſignificet. Atqve hoc unicum eſt, cujus exempla deſideravi. Sic nihil eſt, in qvo hæreas. Sin hærebis, fac periculum, an ita tibi rem expedias: *Τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων, οὐ γὰρ ἔλεγον, οὐδεμίην ἔργων ἀπόδεξιν κατ᾽ οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος*· vel ſic: *Τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων, οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίην, ἔργων ἀπόδεξιν κατ᾽ οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος.* Atqve tum verte ſic: *Cæteros autem reges nihil operum geſſiſſe, nec enim ullum illi commemorabant, qvod ſplendoris aut gloriæ qvidqvam habuit.* Ita, *κατὰ οὐδὲν λαμπρότητος* idem qvod *κατ᾽ οὐδεμίην λαμπρότητα*, & hoc idem qvod *ἐν οὐδεμίᾳ λαμπρότητι εἶναι* valeret. Sed Primum iſtud mihi certe, ut multo ſimplicius, ſic multo magis placet.

Cap. CXVI. Δῆλον δὲ, κατὰ γὰρ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι, καὶ οὐδαμῆ ἄλλῃ ἀνεπόδισε ἑωϋτὸν, πλάνην τὴν Ἀλεξάνδρου, ὡς ἀπηνείχθη ἄγων Ἑλένην· τῇ τε δὴ ἄλλῃ πλαζόμενος, καὶ ὡς ἐς Σιδῶνα τῆς Φοινίκης ἀπίκετο.) Locum hunc, qvem intellectu difficilem particula γὰρ efficit, cum Cl. REIZIO ita lego, diſtingvo, conſtruo: Δῆλον δὲ, κατάπερ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι (καὶ οὐδαμῆ ἄλλῃ ἀνεπόδισε ἑωυτὸν) πλάνην τὴν Ἀλεξάνδρου, ὡς ἀπενείχθη ἄγων Ἑλένην, τῇτε δὴ ἄλλῃ πλαζόμενος, καὶ ὡς ἐς Σιδῶνα τῆς Φοινίκης ἀπίκετο. Ita ὡς utrumqve refero ad δῆλον δὲ, & in his, τῇτε δὴ ἄλλῃ πλαζόμενος, καὶ ὡς, metatheſin agnoſco pro, καὶ ὡς, τῇτε δὴ ἄλλῃ πλαζόμενος, ἐς Σιδῶνα ἀπίκετο, vel potius repeto δῆλον, ut ſit δῆλον, καὶ ὡς, qvanqvam vel ſic eleganti & haud inſolito ordine verba transpoſita videntur.

Cap. CXVII. Κατὰ ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα δηλοῖ, ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι, ἀλλ᾽ ἄλλου τινός.) Non cohærent hæc, inqvit VALKENARIUS, qvi propterea vel δηλοῖ in δῆλον mutatum, vel, ſi hoc ſervabitur, pro κατὰ ταῦτα vult legi καὶ ταῦτα. Neutrum, me judice, neceſſarium. Qvis δηλοῖ? Ὅμηρος, ſicut ſupra ad finem Cap. 116. Ne te vero offendat, qvod ſeqvitur ὅτι Ὁμήρου pro ὅτι αὐτοῦ! nam hoc primo evidentiæ cauſa factum videtur, qvod Ὅμηρος ad δηλοῖ exprimi neceſſe non fuerat: deinde non deſunt exempla, in qvibus nomen præcedens loco pronominis repetitur. In editionibus autem non aliter legi, aliter verti debet. Ego verto: *His verſibus igitur, atqve hoc loco non minime, imo vel maxime declarat* HOMERUS, *qvod non ſua ſint illa Cypria Carmina, ſed alius cujusdam.*

Cap. CXXI. Ὡς δὲ χαλεπῶς ἐλαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ περιεόντος παιδὸς, καὶ πολλὰ πρὸς αὐτὴν λέγων οὐκ ἔπειθε, ἐπιτεχνήσασθαι τοιάδε μιν.) Vertunt: *adverſus hanc qvum filius multa verba faceret, nec perſuaderet,*

ſuaderet, qvod illa eum graviter accipiebat, eum talem rem fuiſſe commentum. Ad verba & ad ſenſum ſic forte propius & facilius: *ita cum ſuperſtitem filium minis mater gravius urgeret, nec multis eam obſecrans ille perſuaderet, tum talem eum rem fuiſſe commentum.*

Cap. CXXIV. Ταύτῃ δὲ δὴ τὰ δέκα ἔτεα γενέσθαι καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου, ἐπ' οὗ ἑστᾶσι αἱ πυραμίδες, τῶν ὑπὸ γῆν οἰκημάτων, τὰς ἐποιέετο θήκας ἑωυτῷ ἐν νήσῳ διώρυχα τοῦ Νείλου ἐσαγαγών.). Locum hunc, qvod interpretes ipſe mire vexavit, torqvendum illi vicisſim miſere cen uerunt, ut ſanum inde certe ac veroſimilem ſenſum extorqverent. Sed in torqvendo qvaſi paulo majore lenitate uſurus Cl. WESSELINGIUS, misſis, qvas textûs mutationes uſurparunt alii, qvaſi leviorem ipſe talem hac verborum cum modeſtia aggreſſus eſt: "Eqvidem, ut apparuit, animi pendeo. In partes eundi ſi necesſitas adſit, mallem minore molimine παρὲξ καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου — καὶ τῶν ὑπὸ γῆν οἰκημάτων." Conjecturam hanc, qvam tantum ad notam ipſe rejecit, tanti fecit Cl. KALLIUS noſter, ut vel in textum admittere non dubitaverit. Conjecturæ ſenſus ſane facilis hic foret, ut extra decem illos ſtruendæ viæ impenſos annos numerarentur incerti plures ſtructis partim in colle molibus, partim ſubterraneis conclavibus inſumti. Paulo ſupra WESSELINGIUS huc in ſubſidium advocavit a fine Cap. 125. hæc verba: ἄλλον δὲ, ὡς ἐγὼ δοκέω, ἐν τῷ τοὺς λίθους ἔταμνον, καὶ ἦγον, καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ὄρυγμα ἐργάζοντο, οὐκ ὀλίγον χρόνον: qvaſi vero illis operum Machinationibus hic incertum annorum numerum præter illos decem annos viæ, & viginti annos pyramidi impenſos, tribueret. At ego, qvod pace Cl. viri verecunde dixerim, haud ſatis ſcio, an τὸ ὑπὸ γῆν ὄρυγμα idem ſit qvod τὸ ὑπὸ γῆν οἴκημα. Certe ſicut τὸ λίθους τάμνειν, καὶ ἄγειν, hic commemoratur laboris inſtar ad ipſam illorum operum

rum ſtructuram non pertinentis, ſed tanqvam qvi adjunctus illi eſſet ac præmitti deberet, ac ſuum ſibi tempus reqvireret: ita qvoqve τὸ ὑπὸ γῆν ὄρυγμα labor eſſe poteſt, qvi ſtruendis τοῖς ὑπὸ γῆν οἰκήμασι præmittendus eſſet, qviqve ſuum ſibi tempus reqvireret. Qvid ergo? Conjectura eo ſeſe Cl. viro probavit, qvod minoris eſſet moliminis. Qvid? ſi qvis ſanum ſenſum vel nullo vel minimo cum molimine mutandæ unius litteræ expedire poſſet? Fiat certe periculum! Aut lege: ταῦτα δὲ δὴ τὰ δέκα ἔτεα γενέσθαι καὶ τῶν ἐπὶ τȣ̃ λόφȣ, ἐπ' ȣ̃ ἑστᾶσι αἱ πυραμίδες, τῶν ὑπὸ γῆν οἰκημάτων. Sic unica littera η cum α immutata in voce Ταῦτα, reliqva verte: *Verum hos ipſos decem annos illis qvoqve factis in colle molibus, cui inſiſtunt Pyramides, conclavibus inqvam ſubterraneis ibi ſtructis, impenſos eſſe.* Aut ſi eodem ſenſu retineas ταύτῃ pro ταύτης, ita, ταύτῃ δὲ δὴ (ſc. γενόμενα) τὰ δέκα ἔτεα γενέσθαι καὶ τῶν (niſi hoc ipſum ταύτης ab Autore ſcriptum malis), vix ea te caſuum facta ſubito immutatione offenſum iri credo. Nam infra τῇ πυράμιδι dixit εἴκοσι ἔτεα γενέσθαι, cum ſupra dixerit δέκα ἔτεα γενέσθαι τῆς ὁδȣ̃, & in præſenti loco ἔτεα γενέσθαι τῶν ἐπὶ τȣ̃ λόφȣ. Ita Cap. 113. οἰκέτης ὅτεῳ ἀνθρώπων i. e. ᾧτινι pro ὅτȣ ɔ: ȣ̃τινος. Qvare ſic tuto licet vertas eodem ſenſu: *Verum huic tributos decem illos annos etiam factis in colle molibus impenſos eſſe.* Sic Autor, cum ſtruendæ viæ decem annos tribuerit, neqve fere laboris minus, qvam ipſi pyramidi, hoc ne cui mirum videretur, & viæ menſuram indicaret, & intra hoc 10 annorum ſpatium abſoluta ſimul eſſe conclavia ſubterranea confiteretur. Sin conclavia hæc tibi tantæ fuiſſe molis videbuntur, ut vix iisdem decem annis abſolvi poſſent, decennium tibi alterum Noſter dabit his impenſum, ſi mutata unica alia littera τε pro δὲ legas ita: ταύτῃ τε δὴ τὰ δέκα ἔτεα γενέσθαι, καὶ (puta ſubintelligi non item ſcribi debuiſſe δέκα ἔτεα

γενέσθαι)

γενέσθαι) τῶν ἐπὶ τȣ̃ λόφȣ. Ne te, qvæſo, talis verborum ellipſis offendat! Similem habes Ep. Rom. VI. 5. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα ſ. τῷ ὁμοιώματι σύμφυτοι, & ſimillimas plures, qvæ mihi ſæpius occurrentes jam non ſuccurrunt. Verum, qvod τὰ ἐπὶ τȣ̃ λόφȣ, & τὰ ὑπὸ γῆν οἰκήματα pro iisdem ædificiis habeo, & illa qvidem per hæc explicavi, eo, ne tu offendaris, valde vereor. At ubi tu facilis mihi rationem reddideris, curni eadem ædificia ſub terram ſic duci poſſent, ut ſimul etiam & in colle & ſuper colle ſic fierent, ut ſolidisſima ſuperſtruendæ Pyramidi fundamenta præberent; mox ego te mihi copulam καὶ inſerendo placatum reddam. Minoris certe moliminis hæc interpretatio eſt, qvatenus ea textum minus lædit, ſed, utrum iisdem an aliis decem annis ſtructa velit iſta opera, dubium relinqvit. Neſcio qvi fiat, qvod mihi prius, propter articulum τὰ additum τῷ δέκα, animo magis inhæret. Nam ſi alios decem annos illis in colle molibus inſumtos vellet, haud dubie ſcripſiſſet ταύτῃ τε δὴ δέκα ἔτεα γενέσθαι, καὶ τῶν ἐπὶ τȣ̃ λόφȣ ſc. ἄλλα δέκα. Textum ego certe nunqvam ulla cum conjectura mutaverim, niſi mihi abſurdum utrunqve prius probatum fuerit.

Cap. CXXV. Ἐξεποιήθη δ᾽ ὦν τὰ ἀνώτατα αὐτῆς πρῶτα.) Cave vertas: *effecta ſunt igitur prima ejus qværqve altisſima:* qvomodo enim? Sed ut rectisſime, notante Wesselingio, Cl. noſter Kallius: *ſed plene elaborata atqve perfecta* (i. e. *perpolita*) *ſunt primum ejus qværqve altisſima.* Ἐκποιηθῆναι dicuntur, qvibus ornandis & abſolvendis ultima manus imponitur.

Cap. CXXVII. Οὔτε γὰρ ὕπεστι οἰκήματα ὑπὸ γῆν, ȣ̃τε ἐκ τȣ̃ Νείλȣ διῶρυξ ἥκει ἐς αὐτὴν, ὥσπερ ἐς τὴν ἑτέρην, ῥέȣσα· διοικοδομημένȣ δὲ αὐλῶνος ἔσω νῆσον περιῤῥέει, ἐν τῇ αὐτὸν λέγȣσι κεῖσθαι Χέοπα.) His, qvæ

qvæ ſic apud WESSELINGIUM leguntur, ipſo notante, ſanitas non conſtat. Sermo eſt de alia pyramide, qvam ſtruendam curavit CHEOPIS frater & ſucceſſor regni CHEPHRENES. Jam hæc oppoſitio διοικοδομημένου δὲ κτλ. propter adverſativam pertineret ad CHEPHRENIS Pyramidem, cum tamen ſeqvens hoc ἐν τῇ αὐτὸν κτλ. de illa CHEOPIS Pyramide dictum illud eſſe manifeſte prodit. Emendavit igitur in notis ſic: ῥέουσα δι' οἰκοδομημένου αὐλῶνος κτλ. Emendationem in textum admiſit Cl. KALLIUS. Laudo: nam emendari textus cum ratione & poteſt & debet. Sed unum adhuc deſidero, ut in his, ὥσπερ ἐς τὴν ἑτέρην, ῥέουσα, comma poſt ἑτέρην tollatur, ne ἀσύνδετον ſit participium, id qvod ipſe pervidit acutiſſime, dum ſine diſtinctione ſic rectiſſime vertit, *qvemadmodum in alteram fluens per ſtructum canalem.* Qvare forte Typographo illam in textu poſitam diſtinctionem debemus. Unum hoc deniqve monendum cenſeo, rectius forte legi debere διοικοδομημένου δι' αὐλῶνος qvam δι' οἰκοδομημένου αὐλῶνος. Sic certe, tum δὲ ex δι' ſcribendi vel interpretandi errore multo facilius natum, qvam interpoſitum ſine occaſione, tum δι' ab ipſo Autore medio loco propter emphaticum illud διοικοδομημένου, qvod emphaſeos cauſa vix tollendum præcedit, inſertum apparebit. Facilis, fateor, conjectura hæc, δι' οἰκοδομημένου pro διοικοδομημένου. Sed jam, unde profecta ſit in omnibus exemplaribus ſubjuncta particula δὲ, qvæ totam hanc confuſionem peperit, non tam facile conjeceris. Qvare ſic ego lectum mallem: — ὥσπερ ἐς τὴν ἑτέρην ῥέουσα διοικοδομημένου δι' αὐλῶνος ἔσω νῆσον περιῤῥέει κτλ.

Ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ ποικίλου, τεσσαράκοντα πόδας ὑποβὰς, τῆς ἑτέρης τὠυτὸ μέγαθος, ἐχομένην τῆς μεγάλης οἰκοδομῆς.) Ad hunc locum audi qvæ notavit Cl. WESSELINGIUS: “Participia ὑποδείμας & ὑποβὰς carent ſuo verbo, qvod qvidem aderit, ubi οἰκοδόμησε formabitur ex οἰκοδομῆς cum

cum H. Stephano: hærebit tamen labes qvædam & macula in τῆς ἑτέρης τὠυτὸ μέγαθος· namqve hæc Chephrenis Pyramis haud æqvabat magnitudinem alterius ſive Cheopis, qvod ſupra ſcripſit clarisſime. Elui mihi menda poſſe videbatur olim hoc modo: τεσσαράκοντα πόδας ὑποβὰς τῆς ἑτέρης τὸ μέγαθος, ἐχομένην τῆς μεγάλης οἰκοδόμησε i. e. *qvadraginta pedes infra alterius magnitudinem degresſus, contiguam magnæ Pyramidi exſtruxit.* „ Emendationem hanc pariter atqve verſionem in ſuam Editionem admiſit Cl. Kallius, ſed faciliorem tamen infra loci medelam notavit, & expulſo, τῷ, τῆς μεγάλης, ut ex gloſſa τῆς ἑτέρης nato, ſublata poſt μέγαθος interpunctione, nec non οἰκοδομῆς in οἰκοδόμησε mutato, ſic ergo legendum cenſuit, τεσσαράκοντα πόδας ὑποβὰς, τῆς ἑτέρης τὠυτὸ μεγαθος ἐχομένην οἰκοδόμησε. Sed hujus, inqvit, noſtræ emendationis rationes alibi exhibemus. Harum ego hactenus ignarus locum ſine ulla fere conjecturali emendatione ſic mihi meisqve ſum interpretatus: *Cum autem ita primam tantum compagem ex Æthiopico lapide verſicolore ſtruxiſſet, ut qvadraginta pedes eam depresſerit, qvæ eadem eſt alterius magnitudo, cætera contiguam magnæ pyramidi ſtruxit.* ὑποβὰς ad verbum, *ſic ut degresſus ſit ſub terram* ſc. ædificando h. e. *ſic ut eam depresſerit.* Vel, ſi tibi hoc forte magis placeret, *ab imo in altum* 40 *pedes ſubierit.* Τῆς ἑτέρης τὠυτὸ μέγαθος tum vel ſubintellectam ſibi haberet præpoſitionem κατὰ, vel in appoſitione cum τεσσαράκοντα πόδας poſitum eſſet: neqve cum Wesselingio verendum eſſet, ne magnitudinem tum illius pyramidos æqvaret, qvod ſupra dicto contradictum eſſet: nam ad illius magnitudinem ſub terram ducta & in altum educta prima tantum compage, reliqvam magnæ, adeoqve majori, contiguam fecit: ut adeo τὸ, τῆς μεγάλης, mihi tum minime foret ſuperfluum. Hac interpretatione nihil, niſi οἰκοδομῆς in οἰκοδόμησε, mutare neceſſe

ceſſe duxi, niſi cum Cl. Reizio τὸ ὑποβὰς in ὑπόβασιν mutemus.

Cap. CXXXV. Ἐπεθύμησε γὰρ Ῥοδῶπις μνημήιον ἑωυτῆς ἐν τῇ Ελλάδι καταλιπέσθαι, (καὶ) ποίημα ποιησαμένη τοῦτο, τὸ μὴ τυγχάνει ἄλλῳ ἐξευρημένον καὶ ἀνακείμενον ἐν ἱρῷ, τοῦτο ἀναθεῖναι ἐς Δελφοὺς μνημόσυνον ἑωυτῆς.) Verto: *inceſſerat enim Rhodopi huic ſui in Græcia memoriam relinqvendi cupiditas, atqve factum opus, qvod ab alio non ante excogitatum nec in templo dedicatum fuerat, Delphos miſſum dedicandi monumentum ſui.* Seqvitur: *decima igitur parte ſuarum opum* &c. Alias vertunt: *qvum enim Rhodopis illa optaret memoriam ſui in Græcia relinqvere, faciendo opere, qvod ab alio excogitatum non eſt, neqve in templo dedicatum, id dedicavit in templo Delphico monumentum ſui.* Elegantisſimam verſionem & a ſenſu minime, qvanqvam a verbis, alienam non improbarem, ſi ſic ſcripſiſſet Herodotus: ἐπιθυμήσασα γὰρ Ῥοδῶπις μνημήιον ἑωυτῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι καταλιπέσθαι, ποίημα ποιησαμένη — — ἐν ἱρῷ, τοῦτο ἀνέθηκε ἐς Δελφοὺς μνημόσυνον ἑωυτῆς. Nunc vero copulà ſupplendâ caret oratio, ut jacet, & prius τοῦτο abundat, niſi τοιοῦτο ſcriptum putemus. Neqve ſenſum ſufficit verſione reddere. Verba qvoqve verborumqve ſtructura ex verſione, in qvantum fieri posſit, cognoſci debent.

Cap. CXXXVII. Μάλιστα μὲν Βούβαστι πόλι ἐξεχώσθη.) Lectionem, μάλιστα ἡ ἐν Βούβαστι πόλις, damnavit haud injuriâ Gronovius. Verum & hanc, qvam meliorem ille ſtatuit, adoptavit Wesselingius, ipſe contextus mihi ſuſpectam fecit. Præcedit αἱ πόλιες ἐχώσθησαν. Seqvitur de hac ipſa urbe in Cap. 138. τῆς πόλιος ἐκκεχωσμένης ὑψοῦ: Qvare hic prætulerim: μάλιστα μὲν Βούβαστις πόλις ἐξεχώσθη. Nam ſi Dandi Caſum ſtatuas hìc ab Autore uſurpatum, haud ſcio, an pro μάλιστα qvoqve πλεῖστον ſcripſiſſet. Cap.

Cap. CXXXVIII. Ἡδονῇ δ' ἰδέσθαι ἐδὲν τέτε μᾶλλον.) Qvid & qvale, qvæſo, μᾶλλον? Si conjecturam ullam criticam ego unqvam in textum admitterem, nullam certe lubentius adoptaverim WALKENARIANA hac: ἥδιον δ' ἰδέσθαι ἐδεν τέτε μᾶλλον.

Cap. CXXXIX. Τέλος δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς τῦ Αἰθίοπας ὧδε ἔλεγον γενέσθαι.) Qvanqvam, notante WALKENARIO, hoc ferri poteſt, ut pro τὴν ἀπαλλαγὴν ſcripſerit τέλος τῆς ἀπαλλαγῆς, ſicut θανάτε τέλος pro θάνατος dicitur, ego tamen *diſcedendi* ſenſum hic prætulerim, neqve *ſe liberatos ab Æthiope*, ſed *Æthiopem hac de cauſa regno excesſiſſe* vel *Æthiopis* e *regno diſceſſum ſic eſſe factum*, reddiderim, propter id qvod ſeqvitur infra ἑκὼν ἀπαλλάσσεται. Qvanqvam enim idem *liberationis* atqve *diſceſſus* ſenſus foret, hic tamen proprius & proximus & ſpecialior eſt, ille generalior, remotior & ex eo conſeqvens.

Cap. XL. Ὅκως γὰρ οἱ φοιτᾶν σῖτον ἄγοντας Αἰγυπτίων, ὡς ἑκάστοισι προστετάχθαι σιγῇ τῦ Αἰθίοπος ἐς δωρεὴν κελεύειν σφέας καὶ σποδὸν κομίζειν. *Nam ut qvique Ægyptiorum jusſi illuc ibant portantes frumentum, eis ſingulis mandabat, ut clam Æthiope ad ſe dono etiam cinerem ferrent.*) Locus ſic diſtinctus, ſic redditus, incertam nobis conſtructionem relinqvit. Προστετάχθαι ſuſpectum habui pro προστέτακται. Sed ſit infinitum hiſtoricum, ut φοιτᾶν & κελεύειν, ſic tamen diſtingvunt & vertunt, ut vel προστετάχθαι vel κελεύειν videretur ſuperfluum. Sed προστετάχθαι vertendo retulerunt ad φοιτᾶν ἄγοντας, & κελεύειν ad ὡς ἑκάστοισι. Qvæ, qvanta confuſio! Diſtingve tu & verte ſic: ὅκως γὰρ οἱ φοιτᾶν σῖτον ἄγοντας Αἰγυπτίων, ὡς ἑκάστοισι προστετάχθαι σιγῇ τῦ Αἰθίοπος, ἐς δωρεὴν κελεύειν σφέας καὶ σποδὸν κομίζειν· *Nam cum ex Ægyptiis freqventer ad illum venirent, qvi frumentum aſportarent,*

tarent, qvod ut facerent clam Æthiope ſinguli juſſi fuerant, iis, ut cinerem ſibi qvoqve dono afferrent, mandabat. Si τὸ, σιγῇ τȣ̃ Αἰθίοπος, præmiſſa interpunctione, ad ſeqventia relatum malis, non habeo qvod contradicam, niſi qvod, frumentum aſportari clam Æthiope, prius neqve minus, qvam afferri clam cinerem, neceſſe fuerit.

Ταύτην τὴν νῆσον ȣ̓δεὶς πρότερον ἐδυνάσθη Ἀμυρταίȣ ἐξευρεῖν· ἀλλὰ ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ ἑπ]ακόσια ȣ̓κ οἷοί τε ἦσαν αὐτὴν ἀνευρεῖν οἱ πρότεροι γενόμενοι βασιλῆες Ἀμυρταίȣ.) Totum hoc comma, notante GRONOVIO ineptæ tautologiæ crimine fruſtra notatum a PERIZONIO, eſſe, conſentit WESSELINGIUS. Fluunt hæc, monente WESSELINGIO, ex abundantiore Scriptoris Sermone, nec adeo tamen hunc negat abundare. Ex imperiti hominis gloſſemate nata cum PERIZONIO minime dixerim, ſed excuſandus tamen hic, qvi abundantiam ſuſpectam habuit, qvam haud ſcio an ille ſatis vel defenderit vel excuſaverit, nedum abundantiæ vitium diluiſſet, qvod dilui tamen plane potuiſſe credo, ſi ἀλλὰ non adverſative *ſed*, verum *immo*, *immo vero*, reddi debere monuiſſet. Nam ſic demum apparebit illa, qvam rectiſſime GRONOVIUS obſervavit, orationis intentio, evaneſcet abundantia, cujus ſpeciem *ſed* lectori mox objicit. *Immo* enim, ut *intentam orationem* ſignificat, ſic attentum illi lectorem reddit.

Cap. CXLI. Τὸν ἐν ἀλογίῃσι ἔχειν παραχρησάμενον τῶν μαχίμων Αἰγυπ]ίων.) Dicitur ἐν ἀλογιῃ, ἐν ȣ̓δενὶ λόγῳ ἔχειν, ἄγειν, ποιεῖσθαι, τίθεσθαί τινα: ſed ἀλογίαν, ȣ̓δένα λόγον ἔχειν, ἄγειν, ποιεῖσθαι, τίθεσθαί τινος. Qvid ergo? an exiſtimandus ſit HERODOTUS ſcripſiſſe τὸ μάχιμον, vel τὸ τῶν μαχίμων ſc. γένος vel ἔθνος? Vix credo, certe dubito. Incipit ἐν ἀλογίῃσι, & in τῶν μαχίμων exiit oratio, qvaſi cogitaſſet interim, ἀλογίαν ἔχειν. Talia Scriptoribus,

rebus

rebus qvam verbis ſuis ſæpe magis attentis excidunt ſæpisſime. Verba tu verte tuto & intellige qvaſi ſcripſiſſet aut ſcribere voluiſſet, *τȣ̀ς μαχίμȣς.*

Ἐπεάν δὲ οἱ τῶν μαχίμων μὲν ȣ̓δένα ἀνδρῶν, καπήλȣς δὲ καὶ χειρώνακτας καὶ ἀγοραίȣς ἀνθρώπȣς, ἐνθαῦτα ἀπικομένȣς, τοῖσι ἐναντίοισι αὐτοῖσι ἐπιχυθέντας νυκτὸς μῦς ἀρȣραίȣς, κατὰ μὲν φαγέειν τȣ̀ς φαρετρεῶνας αὐτέων, κατὰ δὲ τὰ τόξα.) Meliorem hujus loci diſtinctionem & lectionem etiam debemus Cl. Kallio noſtro, qvi ſic edidit: — — *ἀνθρώπȣς· ἐνθαῦτα ἀπικομένȣ κτλ.* Duarum ſcilicet Lectionum Cl. *de* Pauw, *ἀπικομένων* & *ἀπικομένȣ*, hanc illi prætulit, haud injuria nec ſine judicio, cum ex *ἀπικομένȣ* facilius, qvam ex *ἀπικομένων*, naſci ſcribarum vitio poſſet *ἀπικομένȣς.* Qvod ergo Cl. viri verſio habet, *eo qvum perveniſſent*, pro *perveniſſet*, typographi forte vitio, adſcribendum eſt, niſi, qvod facillime poſſet fieri, in hac una litterula lapſa ſit Editoris memoria.

Cap. CLVI. *Τὴν δὲ νῆσον διὰ τȣ̃το γενέσθαι πλωτήν.)* Hæc verba ad ea, qvæ proxime præcedunt minime, ſed ad illa ſnperiora, qvæ de Apolline a Latona educato atqve ſervato dicta ſunt, omnino referenda veniunt: qvod ut appareret, haud injuriâ in verſione ſua Cl. Kallius intermedia qvædam uncis incluſit. Sed includi tantum ea, me judice, debent, qvæ de Ægyptiacis nominibus Apollinis, Dianæ ac Cereris & poeta Æschylo Autor *ὡς ἐν παρόδῳ* inſeruit, ita qvidem: — — *Λητȣ̃ν δὲ τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι· (Αἰγυπτιςὶ δὲ — — θυγατέρα Δήμητρος·) τὴν δὲ νῆσον διὰ τȣ̃το γενέσθαι πλωτην.* Nam hæc ſola tanqvam ſua, dictione finita manifeſte diſtincta, reliqvis inſeruit, qvæ tanqvam ab Ægyptiis relata per infinitam dictionem refert.

Cap. CLVIII. *Ἧκται δὲ ἀπὸ τȣ̃ Νείλȣ τὸ ὕδωρ ἐς αὐτήν· ἧκται δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βȣβάςιος πόλιος παρὰ Πάτȣμον τὴν Ἀραβίην πόλιν. ἐσέχει δὲ ἐς τὴν*

ἐρυθρὴν

ἐρυθρὴν θάλασσαν.) " Arabiæ urbs Πάτουμος, eadem ac *Pithom* Hebræorum Exod. I. 11. cum extimo ſinus Arabici angulo adcubuerit, nulla mihi dubitatio eſt, qvin Herodotea diſtingvenda ſint — ὀλίγον Βϐβάςιος πόλιος· παρὰ Πάτουμον τὴν Αραβίην πόλιν ἐσέχει ἐς τὴν ἐρυθρὴν θάλασσαν. Certe ad Patumum foſſa ſinui Arabico jungebatur, longe ab urbe Bubaſti ſejunctam. Illis autem δὲ ſi deforet, eqvidem non revocarem. „ Verba ſunt Cl. Wesselingii, cujus Auctoritatem diſtinctione ſecutus Cl. Kallius particulam tamen δὲ retinens ſic edidit — πόλιος· παρὰ Πάτουμον τὴν Αραβίην πολιν ἐσέχει δὲ ἐς τὸν ἐρυθρὴν θάλασσαν. At inepto loco ſic poſitam particulam vidit Wesselingius, ideoqve ſi deforet, eam revocare ſe nolle dixit. Cette ſic vel παρὰ Πάτουμον δὲ, vel καὶ παρὰ Πάτουμον ſcribendum fuiſſet. Nam cum breviora hic ubiqve commata copulaverit Autor, cur hoc in medio ἀσύνδετον reliqviſſet? Qvid ergo? Si diſtinctionem, qvam habet in Textu Wesselingius, retinebimus, haud vereor tamen, ne Bubaſti vicina urbs *Patumus* jaceat. Agi nempe coepta foſſa paulo ſupra Bubaſtin urbem, & præter *Patumum* Arabicam urbem ducta, ibiqve in mare rubrum influens, non ideo vicinas has duas urbes facit: Si ſic intelligas παρὰ ut *præter* non *juxta* reddas, ſalva relinqvi, me qvidem judice, diſtinctio poteſt, nec eſt qvod δὲ vel excludas vel transferas.

Cap. CLXXX. Ἀμφικτυόνων δὲ μισθωσάντων τὸν ἐν Δελφοῖσι νῦν ἐόντα νηὸν τριηκοσίων ταλάντων ἐξεργάσθαι· (ὁ γὰρ πρότερον ἐὸν αὐτόθι, αὐτομάτως κατεκάη·) τοὺς Δελφους δὲ ἐπέβαλε τεταρτημόριον τϐ μισθώματος παρασχεῖν· πλανώμενοι δὲ οἱ Δελφοὶ περὶ τὰς πόλις ἐδωτίναζον·) Hunc locum ſic diſtingve. Poſt parentheſin prius δὲ excluſum vellem, niſi ſimilis abundantiæ plura ſuppeterent exempla, qvæ cum pluribus de h. l. contra Wesselingium monendis paginæ ſpatium non capit.

Pag. 6. Lin. 7. *pro* Latitudinem, *lege*: Longitudinem.
Pag. 22. Lin. 3. *pro* hunc Deo, *lege*: huic Deo.

IN LIBRUM SECUNDUM
HERODOTI
CLAVIS PHILOLOGICA.

Cap. I. Παραλαμβάνω βασιληΐην, regnum ſucceſſionis jure ſuſcipio, in regno ſuccedo.

Τῆς (pro ἧς) προαποθανέσης μέγα πένθος ἐποιήσατο, qvam defunctam magni luctus honore publice proſecutus eſt. *Eſt autem ille genitivus τῆς προαποθανέσης vel conſeqventiæ vel regiminis, & hoc caſu vel a nomine πένθος vel a ſubintellecto adverbio ἕνεκα pendet, ut in illo Homerico,* Iliad. I. εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται.

Προεῖπε *h. l.* edicto publice jusſit. *Nam ſimplex* ἔπω *freqventisſime tam in N. Tto, ut* Marc. V. 43. Math. IV. 3. XX. 21. Luc. XIX. 15. *qvam apud profanos, Vid.* Elsn. *Obſ. Tom. I.* p. 147. *& in hac compoſitione* πρὸ *valet qvod in* προγράφειν, προκηρύττειν.

Νομίζω *h. l.* uſurpo. *Sic noſter alibi* γλῶσσαν, φωνὴν νομίζειν, lingvam uſurpare, *& h. l.* Ὡς δούλες πατρωΐες ἐόντας ἐνόμιζε, ceu relictos ſibi a patre ſervos uſurpabat. *Hoc utiqve plus valet, qvam* putabat ſervos eſſe. *Vel* ſervorum paternorum loco, qvales erant revera, habuit. *Sicut illa N. Tti:* ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον Math. XIV. 5. εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος Phil. II. 7.

Στρατηλασίαν (*Jon.* ην) ποιεῖσθαι, expeditionem ſuſcipere: *a* στρατὸς *exercitus* & ἐλαύνω *duco.* Ἐπικρατεῖν τινὸς aliqvem ſuo dominio ſubjectum, in ſuam poteſtatem redactum habere.

Cap. II. Ψαμμήτιχος δὲ) Δὲ *h. l. non eſt adverſativa, ſed* ἐξηγητικὴ, *vertenda,* enimvero, nimirum, ſcilicet, *ut* Rom. III. 22. δικαιοσύνη δὲ Θεῦ, juſtitia nempe Dei.

Ὡς ἐκ ἐδύνατο πυνθανόμενος πόρον ἐδένα ἀνευρεῖν, cum nullum hujuſce rei exitum reperire ſciſcitando poſſet.

Ἐπιτεχνᾶται τοιόνδε, ſolerti qvodam & artificioſo hujuſcemodi commento ad rem disqvirendam utitur. *Sic verbi ſenſum exhauſtum crede.*

Νεόγονος, νεογνὸς (νεογιλὴς, νεόγιλος) *h. e.* νεωϛὶ γενόμενος recens natus.

Τυγχάνω, ἐπιτυγχάνω *verba de* rebus facile obviis, ut plurimum & ubiqve occurrentibus *uſurpantur, qvales cum inter homines ſint* humiles, ignobiles, *οἱ* τυχόντες & ἐπιτυχόντες ἄνθρωποι *hi dici ſolent.*

Ἐς τὰ ποιμνία *pro* ἐν τοῖς ποιμνίοις apud greges. *Sic præpoſitionum* εἰς & ἐν *freqventisſima eſt enallage.*

Ἐντειλάμενος *participium h. l.* ἐξηγητικὸν *idem valet, qvod* ἐνετείλατο γὰρ: *qvam particulam* ἐξηγητικὴν *in participio latentem vel per* nempe *vertas vel verſione negligas licet. Sed cum* μηδένα — ἰέναι *conſtructum* prohibuit, *cum* κέεσθαι, juſſit *verti debet. Vid. Spicil.* III.

Ἐπ᾽ ἑωυτῶν (*Jon. pro* ἐφ᾽ ἑαυτῶν) ſeorſim.

Τὴν ὥρην, ſtato tempore. *Articulus tempus qvoddam qvaſi* κατ᾽ ἐξοχὴν *deſignat, qvod eſt h. l.* ſtatum *v.* opportunum qvoddam & commodum tempus. *Dan.* til ſin viſſe og efter Bernenes Trang og Fornødenhed beleylige Tid. Ἐπαγινέω *Jon. & poet. pro* ἐπάγω adduco.

Πλήσαντα δὲ τοῦ γάλακτος, & cum eos explendos lacte curaſſet. *Vid. Spicil.* II. III.

Τἄλλα διαπρήσσεσθαι aliis vacare negotiis, *qvod valet*, ut de pueris nullam aliam curam (paſtor) ſuſciperet.

Θέλων ἀκοῦσαι τῶν παιδίων, ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην) *Græcis familiaris conſtructio pro,* θέλων ἀκοῦσαι, ἥντινα φωνὴν τὰ παιδία πρώτην ῥήξουσι.

Κνύζημα, κνυζηθμὸς, gannitus canum vel adulatorius vel qveribundus, *item*, infantilis vagitus. *a.v.* κνυζάω, κνυζέω, κνυζομαι, lamentabiliter & qveribunde gannio & ululo more canum, *item*, infantili vagitu qviritor. Ἀπαλλάσσομαι diſcedo: ἀπηλλαχθέντων cum diſcesſiſſent

h. e.

h. e. deſiiſſent. Ἄσημος incertus, nihil certi ſignificans.

Φωνὴν ῥήσσειν rumpere vocem *h. l.* articulate pronuntiare, *qvia opponitur* τοῖς ἀσήμοις κνυζήμασι. *Alias etiam poſt longum & altum ſilentium* rumpere vocem *& græce ſimpliciter* ῥήσσειν (*ſc.* φωνὴν) *dicimur, ut in illo N. Tti* ῥῆξον καὶ βόησον, Gal. IV. 27.

Τάπερ ὦν καὶ ἐγένετο *ad verbum*, qvæ qvidem adeo qvoqve facta ſunt *h. e.* cui qvidem experimento eventus adeo qvoqve reſpondit. *Part.* ὦν (*Jon. pro* οὖν) *neceſſariam eventus conſecutionem denotat.*

Ὡς διέτης χρόνος ἐγεγόνεε ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσσοντι *ad verbum*, cum hæc facienti paſtori biennium factum eſſet, *qvod ſic latine magis ſonat*, poſtqvam per biennium paſtor hæc feciſſet. *Similiter* L. I. 113. ὡς τρίτη ἡμέρη τῷ παιδίῳ ἐκκειμένῳ ἐγένετο. II. 13. Μοίρι οὔκω ἦν ἔτεα εἰνακόσια τετελευτηκότι. III. 56. IX. 38. &c.

Πολλὸν ἦν τοῦτο τὸ ἔπος freqvens erat hoc verbum *h. e.* a puerulis freqventabatur. *Sic* πολλῷ τινὶ λόγῳ χρῆσθαι, *aliqvo ſermone freqventer uti dicimur, ut qvi nobis ſemper in ore verſatur.*

Οὕτω δὴ tum demum: *Sic* δὴ *cum inſignivi notandi temporis ſubjungitur, ut omnino ejus vis eſt determinativa vel ſpecialiter vel ſingulariter.*

Ἤγαγε τὰ παιδία κελεύσαντος ἐς ὄψιν τὴν ἐκείνου *ad verbum,* puerulos jubentis illius in conſpectum adduxit, *h. e.* ab ipſo juſſus.

Σταθμάομαι (a στάθμη amuſſis, regula) ad amuſſim exigo, pondero, libro, æſtimo, perpendo *h. l.* argumentum duco, conjecturam capio. Οὕτω συνεχώρησαν Αἰγύπτιοι, καὶ τοιούτῳ σταθμησάμενοι πρήγματι, τοὺς Φρύγας πρεσβυτέρους εἶναι ἑωυτῶν, atqve adeo, & tali qvidem ex negotio capta conjectura, Ægyptii Phrygas ſe vetuſtiores eſſe conceſſerunt.

Cap. III. Δίαιτα, vivendi ratio & inſtitutum, vitæ genus, *item*, victus nutrimentum: *ut adeo* δίαι-

ταν ποιέεσθαι τινὲς ſignificet aliqvem victu nutriendum alendumqve curare. Ελληνες δὲ λέγουσι ἄλλα τε μάταια πολλὰ, καὶ ὡς — τῇσι γυναιξι. *Verte*, Græci vero cum alia multa dicunt inepta, tum qvod, mulieribus qvibusdam lingvas cum excidiſſet Pſammetichus, nutriendos adeo apud has ipſas mulieres puerulos iſtos curaverit.

Μὲν δὴ, *nota tranſitus, qvo clauditur præcedens & nova incipit oratio, ut Latinorum* atqve, igitur.

Καὶ δὴ καὶ *præcedente* ἄλλα τε *vel* ἄλλα τε πολλὰ *triplicem vim exſerit* copulativam, *qvæ prioris* καὶ, determinativam, *qvæ* δὴ *particulæ*, ſuperaddendi, *qvæ poſterioris* καὶ *is eſt. Verte*, cæterum cum alia audivi, — — tum vero etiam &c.

Ετραπόμην me contuli: *ſic media forma plerumqve reciproca.*

Λογιώτατοι) *Vid. Spicil.* III.

Θεῖα ἀπηγημάτων, *partitive pro* θεῖα ἀπηγήματα, narrationes divinæ *h. e.* de rebus divinis.

Ουκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι ἔξω ἢ τὰ ουνόματα αὐτέων μοῦνον.) *Qvomodo hunc locum diſtingvendum, intelligendum ac vertendum velim, vide Spic.* III.

Επιμνάομαι commemoro, mentionem facio.

Cap. IV. Ὁμολογέω conſentio.

Δάζομαι (a δαίω q. i. e.) diſpertior, diſtribuo. Εξευρέειν τὸν ἐνιαυτὸν, δυώδεκα μέρεα δασαμένους τῶν ὡρέων ἐς αὐτὸν annum (i. e. anni computandi rationem) inveniſſe, duodenis in eum diſtributis tempeſtatum partibus.

Αγω duco, exiſtimo, reputo *h. l.* rationes duco, computo: τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, duodecim menſium intervalla ſic computantes, ut ſingulis tricenos dies aſſignent. Αγουσι τοσῷδε σοφώτερον, tanto ſapientius computant: *cur & qvomodo, vide Spic.* III. *ad h. c.*

Εμοὶ δοκέειν, ut mihi videtur. *Subint.* ὡς. Διὰ τρίτου ἔτεος, tertio qvoqve anno, *ſc. poſt biennium peractum.* Εμβόλιμος ſc. μὴν, menſis

menſis intercalaris. Ἐπεμβάλλω inſuper immitto, ſuperinduco. Τῶν ὡρέων εἵνεκεν, *ad verbum*, tempeſtatum cauſa *h. e.* ut ſic rite redeant anni tempeſtates, v. ut ita ſibi conſtet tempeſtatum anni ratio, ad ſolares annos exacto lunarium annorum circuitu. Ἐπάγω adduco, *h. l.* addo ſuperaddo. Ἀνὰ πᾶν ἔτος, per ſingulos annos, unoqvoqve anno. Παρὲξ (*Adv. Jon.*) præter c. g.

Ἐπωνυμία, cognomen. Νομίζω uſurpo, *ut ſupra* c. 1. Ἀναλαμβάνω recipio aliqvid ab aliqvo. Ἄγαλμα, ſimulacrum. Ἀπονέμω attribuo. Ἐγγλύπτω inſculpo.

Πρῶτον ἀνθρώπων Μῆνα, primum ex mortalibus Menem: *qvia ſc. primis temporibus Dii feruntur in Ægypto regnaſſe, atqve adeo* ἀνθρώπων *non a* βασιλεῦσαι *pendit.* Ἕλος, εος, τὸ, palus. Ὑπερέχω emineo, ſtikker frem, er tilſyne. Ἔνερθε infra. Ἀνάπλοος, qvæ ſurſum fit navigatio.

Cap. V. Δῆλα (pro δῆλον) γὰρ δὴ καὶ μὴ προακούσαντι, ἰδόντι δὲ, nam manifeſtum utiqve (δὴ) vel ei eſt, qvi non ante audivit, ſi tamen inſpexerit.

Ὅς τίς γε σύνεσιν ἔχει qvisqvis certe (ſaltim, modo, γε) ſit ulla ſolertia præditus. Ναυτίλλομαι, navigo, navigationem exerceo. Ἐπίκτητος, ὁ, ἡ, acqviſitus. Καθύπερθε ſupra.

Δῆλα γὰρ δὴ — ἕτερον τοιοῦτον· *De hujus periodi conſtructione vide Spic.* II. III. *ad h. c.*

Προσπλέω adnavigo. Ἀπέχω, diſto. Καθίημι demitto. Καταπειρητηρία, bolis, funis nauticus, qvi ad explorandum fundum demittitur. Ἀναφέρω, refero, reporto attollo. Πρόχυσις profuſio.

Cap. VI. Αὖτις δὲ αὐτῆς. *De hac lectione pro* αὖ τῆς δὲ τῆς *vel* αὐτῆς δ' αὖ τῆς, *vide Spic.* III. *ad h. c. & verte*, at ipſius Ægypti.

Γεωπείνης (*a* γέα *terra* & πεῖνα *fames*) qvi agrorum inops eſt, parum fundi poſſidet.

Ἄφθονος ὁ, ἡ, largus, copioſus, *qvaſi non ab invidia tenaci profectus.* Ἄφθονον

θονον λίην (*Jon. pro* λίαν) plurimum.

Δύναμαι, *h. l.* valeo, polleo: δύναται παρασάγγης τριήκοντα ςάδια, æqvat Paraſanges tricena ſtadia.

Cap. VII. Ὕπτιος, α, ον, ſupinus, planus, æqvus.

Ἄνυδρος, ὁ, ἡ, ſiticuloſus, aqvarum inops. *Sin* ἀμυδρὸς *legas, h. e.* obſcurus, tenuis, vix apparens. *Etiam tertia lectio ſtatui poteſt,* ἄμυδρος v. ἄμυρος (*a* μύρω *fluo*) *qvod eſt* δίυγρος, ἔνυγρος, κάθυγρος, *humidus, uliginoſus.*

Ἰλὺς, ύος, ἡ, palus, limus *ſubſt. pro adj. q. d.* tota paludoſa, atqve limoſa.

Παραπλήσιος, ία, ον, ſimilis, *minus eſt qvam* ἴσος *æqvalis: ideoqve* παραπλησίη τὸ μῆκος, *cum accuſ. abſoluto, verte,* ejusdem fere longitudinis, *ſubint.* κατά.

Σμικρὸς *Jon. & Att. pro* μικρὸς parvus: σμικρόν τι τὸ διάφορον *pro* σμικρὰν τινὰ διαφορὰν *adj. neut. c. art. pro ſubſt.*

Τὸ μὴ ἴσας μῆκος εἶναι *ſuſpicor ab* Herodoto *ſcriptum* τοῦ μη — εἶναι, *qvod eſt* ὥς μὴ εἶναι, *ut paullo infra: niſi ſubintelligas* ἐς, *ut ſit,* ἐς τὸ μὴ εἶναι· *qvicqvid ſit, verte,* qvo minus ſint pari longitudine.

Λογίζομαι *h. l.* rationes ineo v. computo. *Participium explicandum eſt cum conditione,* ſi qvis rationes inire velit.

Καταδέω, egeo, indigeo, mihi opus eſt, *h. l.* mihi deeſt, careo. Πληρόω, impleo, repleo, ſuppleo, compleo. πληροῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον *neutraliter pro* πληροῖ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, complet hunc numerum: *niſi, qvod inſolita phraſis, ſuſpectam habeamus præpoſitionem.*

Cap. VIII. Ἀπὸ δὲ Ἡλιοπόλιος — — οὐκέτι πολλὸν χωρίον ὡς εἶναι Αἰγύπτου.) *De tota hujus loci adornanda conſtructione, vide Spic.* III.

Τῇ μὲν γὰρ, *cui reſpondet infra* τῇ δὲ πρὸς Λιβύης *vel etiam q. i. e.* τὸ δὲ πρὸς Λιβύης, ab una — ab altera parte.

Παρατείνω, protendo, porrigo, extendo, in longum duco, prætendo.

Μεσημ-

Μετημβρία *quaſi* μεσημερία meridies, medius dies *h. l.* meridies ſeptentrioni reſpondens.

Λιθοτομία lapicidina. Κατατέμνω concido, diſſeco *h. l.* exſcindo. Λήγω ceſſo, deſino, finem facio. Ανακάμπτω reflecto, reflector, revertor, redeo.

Τῇ δὲ αὐτὸ ἑωϋτȣ ἐστὶ μακρότατον. *Græcismus ſuperlativi cum gen. pron. reciproci, qvem tamen latine ſic licet exprimas*, qva vero ſui parte longisſimus eſt.

Λιβανωτὸς (τὸν) Thus *unde* λιβανωτοφόρος thuris ferax. Τέρμα finis, terminus, extrema pars alicujus rei. Κατειλέω & κατειλύω, intego, involvo, obvolvo. *ab* εἰλέω *q. i. e.*

Τὸ ὢν δὴ — ὡς εἶναι Αἰγύπτȣ.) *Epanalepſis eorum, quæ parentheſin antecedunt. Vid. Spic.* III. Ὢν δὴ igitur *h. l. nota epanalepſeos.*

Ανάπλοος renavigatio *ſimpliciter h. l. & ſæpius infra* navigatio. Ὅσον ἀνα πλόȣ) *qvomodo ſupplenda ſit elliptica phraſis, vide Spicil.* III.

Τὸ ἐνθεῦτεν) *ſc. ὂν. Accuſ. abſol. ſubint.* κατὰ, *qvod ad verbum ſonaret*, qvod ad id attinet, qvod deinceps eſt *h. e.* hinc, deinde.

Cap. IX. Φύω, gigno, pario *item* naſcor, *item h. l.* naturâ qvodammodo comparatus ſum. Ἀνάπλοος renavigatio *ſimpliciter h. l.* navigatio.

Οὗτοι συντεθειμένοι — καὶ τριχιλίων.) *De loci ſenſu, diſtinctione, conſtructione vide Spic.* II.

Cap. X. Συμβάλλω, confero, comparo. Ὥστε εἶναι συμβαλέειν, ut liceat comparare: *eſt enim* εἶναι *ſimplex pro comp.* ἐξεῖναι *ab* ἔξεστι *licet.*

Τῶν — ποταμῶν — — ȣ̓δεὶς αὐτῶν.) *In hoc* αὐτῶν *abundat, ut apud Græcos pronomina ſolent.*

Προσχωννύω aggero, terrâ aggeſta oblimo, obſtruo.

Πλήθεος πέρι *pro* περὶ πλήθεος reſpectu copiæ *v.* copiam aqvarum ſi ſpectes.

Ου κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα, qvæ Nilum non æqvant magnitudine *v.* qvorum non eadem eſt, qvæ Nili, magnitudo. *Verbo tenus*, qvi non ſunt ſecundum

ſecundum Nilum, *in quo* κατὰ *proportionem & æqvalitatem ſignificat.* Μεγάθεα *acc. abſol. ſubint.* κατὰ.

Ἀποδείκνυμαι, edo, efficio, ἀποδεξάμενοι *Jon. pro* ἀποδειξάμενοι. Φράζω, eloqvor, indico, ſignifico.

Cap. XI. Πρόσω, procul ab, *adv. qvod habet comp.* προσωτέρω *& ſuperl.* προσωτάτω.

Ἐσέχων influens, infundens ſe v. immittens aqvas ſuas. *Neutral. v. act. ſubint.* τὸ ὕδωρ.

Μακρὸς ὦτω δή τι καὶ ςενὸς tam fere longus & arctus. *Indefiniti* τι *ea vis eſt, ut* fere, circiter, *ſignificet.*

Ὡς ἔρχομαι φράσων, ut mox declarabo. *Græcam phraſin imitantur Galli,* je vais ſortir, je vais faire cela.

Μῆκος μὲν — εὖρος δὲ.) *Accuſ. abſoluti ſubint.* κατὰ. Ad longitudinem qvidem qvod attinet — — latitudine vero: *Sic verti facillime poteſt & variandi cauſa.*

Μυχὸς, ȣ, ὁ intimus receſſus. Διεκπλῶσαι *a. i. inf. act. Jon. pro* διεκπλεῦσαι *verbi* διεκπλέω navigando pervehor. Ἀναισιμόω i. e. καταναλίσκω, inſumo, impendo, conſumo. Εἰρεσία remigatio, *ab* ἐρέσσω remigo.

Ἥμισυ ἡμέρης πλόȣ ſc. ἀναισιμοῦται, dimidia pars diurnæ navigationis impenditur *v.* dimidius navigando dies conficitur.

Ῥηχίη & ἄμπωτις.) Vid. *Spic.* III.

Ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην ɔ: κατὰ πᾶσαν ἡμέρην unoqvoqve die, qvotidie.

Κȣ *encliticum* τῷ γενέσθαι *ſubjunctum vix nota temporis eſt, ut* aliqvando *vertas qvaſi* ποτὲ. *Nec* alicubi *reddiderim, qvia de loco minime dubitat, ſed ad* ἕτερον τοιȣ̃τον *pertinere videtur hoc ſenſu,* alium hujusmodi fere ſinum.

Τὸν μὲν — τὸν δὲ — συντετραίνοντας.) *Qvomodo hæc conſirui debeant, vide Spic.* III. *Participium explicat modum, qvo ad ſe invicem ſeſe habeant hi duo ſinus, & reſolvi debet ſic,* alium hujusmodi fere ſinum Ægyptum fuiſſe puto, & qvidem cum altero illo ſic compa-

comparatum, ut unus qvidem — alter vero &c.

Τὸν μὲν — ἐσέχοντα — τὸν δὲ — φέροντα.) *Hæc duo participia per relativa reſolvenda ſunt, minime cum* δοκέω γένεσθαι *ſic conſtruenda, quaſi objecta eſſent ſententiæ* Herodoti, *nam hoc objectum continet participium* συντετραίνοντας, *modum explicans, qvo Autor* δοκεῖ γενέσθαι κτλ.

Τιτράω, τετραίνω perforo, terebro, pertundo, συντετραίνω, una perforo. *Sin* συμπεραίνοντας *legi malis,* συμπεραίνω, *qvod ſpeciatim qvidem valet,* concludo ſyllogiſtice, *generatim tamen valeat qvoqve neceſſe eſt,* ad finem perduco, perficio, concludo termino. *Vid. Spic.* III. *ad h. c.*

Παραλλάσσω *idem forte qvod* διαλλάσσω diſto, dirimor, *alias* prætereo. *Vid. Spic.* III.

Ἐι ὦν ἐθελήσει — ἐργατικοῦ.) *De ſenſu & conſtructione loci vide Spic.* II.

Ἐντός γε certe, ſaltim intra, *ſc. encliticæ* γε *ea vis eſt. Dan.* i det mindſte inden Ἔλπομαι ſpero *h. l. & alibi* ſuſpicor, opinor formoder. Χωσθῆναι ἂν *pro* χωσθήσεσθαι *vel* χωσθῆναι δύνασθαι. *ſc. part.* ἂν *ea vis eſt, ut aliis temporibus futuri vel facultatis ſenſum attribuat.*

Τί μιν κωλύει — ἤ πού γε δή) *qvo ſenſu combinanda ſint, vide Spic.* II. Ἐργατικὸς operoſus *h. l.* qvi valido cum impetu fertur, *de fluvio.*

Cap. XII. Κάρτα ɔ: μάλα, valde, admodum, omnino. Τὰ περὶ Ἀιγύπτον ὦν — κάρτα δοκέω εἶναι, *verte,* qvare qvæ de Ægypto dicuntur, qvod ita ſe habeant, cum dicentibus fidem, tum ipſe mihi valde perſuaſum habeo.

Πρόκειμαι promineo. Ἐχόμενος, *cum gen.* adhærens, cohærens, vicinus, contiguus. *Interdum & de eo dicitur, qvod ad aliud pertinet & cum eo conjunctum vel ei adjunctum eſt.*

Ἅλμη ſalſugo, aqva ſalſa *ab* ἅλς *ſal.* Ἐπανθέω effloreſco. Δηλέω lædo *jon.* & *poet. pro comm.* βλάπτω. Πρόσουρος, ὁ, ἡ, conterminus, *ab* οὖρος *jon. pro* ὅρος *terminus.* Προσείκελος,

Cap. CLII. Περιυβρίζω magna & inſigni aliqvem contumelia afficio, ignominioſe aliqvem tracto. Ὑποχέω (χύω) ſuffundo. Καὶ τῷ μέν δὴ (*ſc.* ψαμμητίχῳ. *niſi* τῷ hoc *v.* eo *vertas, & dativum perſonæ ſubintelligas*) ἀπιςίη μεγάλη ὑπεκέχυτο, atqve illi qvidem (*ſc.* initio) magna ſuffuſa erat incredulitas. Λεία *jon.* ληίη præda, κατὰ ληίην prædandi cauſa. Λεηλατέω prædas abduco, populor, *a* λεία *&* ἐλαύνω *ago, duco.* Φίλα ποιέεται amicitiæ foedera jungit *ſc. cum Jonibus & Caribus.* Ὑπέχομαι & Ὑπισχνέομαι præſtandum aliqvid alteri ſuſcipio *i. e.* polliceor. Μετὰ τινὸς γίνεσθαι, βȣ́λεσθαι alicujus ſe partibus adjungere, cum aliqvo ſentire.

Cap. CLIII. Κίων, κίονος columna. Ὑφίςημι *h. l.* ſuppoſitus ſuſtineo: ἀντὶ κιόνων ὑπεςᾶσι κολοσσοὶ τῇ αὐλῇ, aulam ſuppoſiti columnarum loco coloſſi ſuſtinent.

Cap. CLIV. Συγκατεργάζομαι alicui in aliqva re efficienda ſociam operam præſto. Παραβάλλω objicio, offero *h. l.* committo. Πρὸς θαλάσσης prope mare, verſus mare. Ἐξανίςημι e ſede priſtina excito, ut aliorſum transferam. Πρὸς Αἰγυπτίων adverſus Ægyptios. Ὁλκὸς, ȣ̃, ὁ, *h. l.* machina ſ. inſtrumentum ſubducendis navibus adhibitum. Ἐρείπιον collapſum ædificium *pl.* τὰ ἐρείπια collapſi ædificii reliqviæ rudera *ab* ἐρείπω *everto, demolior.*

Cap. CLV. Καὶ δὴ *h. l.* nunc vero *poſt* ἤδη jam ante. Καταςέγαςμα tectum *a* ςέγω *&* ςεγάζω *tego.*

tego, unde nomina στέγος, στέγη *&* στέγασμα, *tectum.* Ὀροφὴ & ὄροφος, ȣ, ὁ, tectum, camera, lacunar. Παρωροφὶς, ιδος *h. l. redditur* alti recti prominentia, *nec aliter intelligi poſſe videtur, eſt enim impoſiti pro tecto lapidis adjunctum.*

Cap. CLVI. Πλωτὸς navigabilis *h. l.* natatilis. Θάπτω ſepelio *h. l.* præ admiratione ſtupeo, cum ſtupore admiror. Ἄφορος ſterilis, nullum fructum ferens. Λόγον ἐπιλέγω cauſam, rationem affero, interſero, interpono, alicujus rei. Παρακαταθήκη depoſitum.

Λητȣ̃ν δὲ — σώτειραν γενέσθαι (Αἰγυπτιςὶ — θυγατέρα Δήμητρος) τὴν δὲ νῆσον διὰ τȣ̃το γενέσθαι πλωτήν.) *Vid. Spic.* II.

Cap. CLVII. Δέω & δέομαι indigeo, careo. Τὰ ἑνὸς δέοντος τριήκοντα *ſc.* ἔτεα, anni triginta, qvibus unus deeſt *i. e.* undetriginta. Προσκάτημαι obſideo. Ἀντέχω ſuſtineo, holder ud.

Cap. CLVIII. Ἐλαστρέω ago, impello, *idem qvod* ἐλαύνω, *ab* ἔλαστρον *inſtrumentum, qvo qvid impellitur.*

Ἧκται δὲ — ἐσέχει δὲ ἐς τὴν ἐρυθρὴν θάλασσαν.) *Vid. Spic.* II. *ubi, qvam poſui diſtinctionem, a Cl.* Reizio *jam ante adoptatam video.* Ὑπωρέα radix montis. Τῇ ἐλαχιςόν ἐςι καὶ συντομώτατον — ὑπερβῆναι, qva brevisſimus eſt & maxime compendiarius tranſitus. Μεταξὺ ὀρύσσων ἐπαύσατο in medio foſſæ ducendæ opere deſtitit. Ἐμπόδιος, qvi intercedens impedimento fit. Προεργάζομαι τινι, facio, qvod alteri poſtea ex uſu ſit.

Cap. CLIX. Ἐν τῷ δέοντι *ſubint. v.* χρόνῳ *v.* πράγματι, ubi opus fuit, ubi res poſtulabat. Πεζῇ *adv.* pedeſtri itinere *h. l.* pedeſtri prælio. Πεζῇ συμβαλὼν pedeſtri prælio congreſſus.

Cap. CLX. Αὐχέω glorior, jacto. Παρὰ ταῦτα *v.* præter, ultra hæc *v.* πρὸς ταῦτα *ut ſit* παρὰ

ταῦτα

ταῦτα ἐδὲν ἐπεξευρεῖν nihil reperiſſe, qvod cum his conferri poſſit. Κατήκει *imperſ.* decet, oportet, par eſt. Μηχανὴ ars, modus, ratio. Ὀυδεμια μηχανή ἐστι, ὡς ἐ υ. ὅπως ἐ, nullo modo fieri poteſt qvin. Προστίθεμαι *med.* adjungo me partibus alicujus, faveo alicui. Ὑποτίθεμαι ſummoneo, conſilium alicui ſuggero.

Cap. CLXI. Πρόφασις, cauſa, prætextus *h. l.* occaſiō. Προσπταίω impingo, offendo *h. l.* adverſa fortuna utor, cladem patior: μεγαλωστὶ (*i. e.* μεγάλως) προσέπταισε, magnam cladem paſſus eſt. Πρόνοια, providentia, cura, ſtudium, induſtria, ἐκ προνόιης de induſtria. Φθορὰ internecio, internecina clades. Ἰθὺς, εῖα, ὺ, rectus, directus, non obliqvus, ἐκ τῆς ἰθείης (*ſc.* ὁδἐ) rectâ viâ *i. e.* palam, aperte, absqve diſſimulatione.

Cap. CLXII. Ἐπαίρω *h. l. ſpeciatim*, (*ſubint.* τὸ σκέλος) femur aut crus elevo. Ἀποματαίζω ineptio, inepte ago, deſipio, *h. l. interprete* Camerario, crepitum ventris edo, pedo. Τυγχάνω *cum aliorum verborum participiis plerumqve ſignificat id fortuito fieri, qvod participium denotat, ut h. l.* ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππε κατήμενος, nam in eqvo tum forte ſedebat. Λόγον ἑωϋτῷ δῦναι, inire ſecum alicujus rei rationem, rem ſecum reputare. Περιθύμως ἔχων *i. e.* περίθυμος admodum iratus, irâ percitus. Τὰ τινὸς φρονεῖν alicujus rebus & partibus ſtadere, favere, cum aliqvo ſentire. Αισχρῶς λύμῃ διακείμενος fæda & turpi contumeliâ affectus. Ἐπέχω ſuſpendo, differo, ἐδένα χρόνον ἐπισχόντες ἀπιστέατο, (*jon. pro* ἀφίσταντο) nullo dilato, intermiſſo tempore, *i. e.* ſine mora defecerunt.

Cap. CLXIII-CLXVII. Ἦσαν *att. pro* ἤισαν *jon. pro* εἶσαν, *ab* εἶμι, tendebant, *cum* ἐπὶ, adverſus.

Μάχιμοι, bellatores Ægyptii, milites, ordo militaris. Διαιρέω divido, diſtingvo, *præt. ind. paſſ.* διήρη-

διήρημαι cum att. redupl. *διαρήρημαι* & *abj. augmento,* *διαραίρημαι*. Sic infra c. 48. *ἐξαραιρημένα pro ἐξηρημένα.*

Βαναυσία qvæſtuarium opificium, ars illiberalis, a Βάναυσος, opifex, qvi manibus victum ſibi qværit. Δαίω diſco *præt. act.* δέδαικα & δεδάηκα, *qvaſi a* δαέω. Ανέομαι, *jon. pro comm.* ἀνίεμαι, remittor *ſc. h. l.* ab aliis negotiis, ut certis qvibusdam aliis totus ſim qvaſi conſecratus: ἀνέονται ἐς τὸ μάχιμον rebus militaribus ſunt deſtinati, ad dandam rebus militaribus operam remisſi.

Ἀπότιμος ignobilis, honoris expers. Χειρωναξία op ficium manuarium. Ὀνομαι *i. q.* ὄνημι, ὀνόω) vitupero, probris inceſſo *h. l.* vilipendo, aſpernor, con temno, parvi facio.

Cap. CLXVIII. Γέρας, ατος, αος, ως munus honorarium *pl.* γέρατα, *per ſync. & contr.* γέρα *jon.* γέρεα. Ἐξαραιρημένα *att.* & *jon. pro* ἐξηρημένα (*i. e.* ἐξαίρετα) eximia, ſelecta, propria, *præt. p. paſſ. verbi* ἐξαιρέω eximo, ſeligo. Ἀτελής a vectigalibus immunis. Περιτροπή, circumactus, circuitus, circuitio in orbem: ἐν περιτροπῇ & ἐκ περιτροπῆς per vices. Δορυφορέω ſatellitis munere fungor. Σταθμὸς *h. l.* pondus. Αρυστήρ, ῆρος, vaſculum ad hauriendum aptum, cotyla, cyathus, calix, *h. l.* ſextarius.

Cap. CLXIX. Παύω, ceſſare facio, παῦσαι τινὰ τῆς βασιληίης, aliqvem imperio privare, dejicere, adimere alicui imperium. Καὶ δὴ *h. l. idem videtur eſſe, qvod* καίτοι, καὶ μὴν, atvero, atqvi, attamen.

Cap. CLXX. Παστάς, άδος, cubiculum, thalamus. Ασκέω, exerceo, *h. l.* elaboro, exorno. Θύρωμα, Januæ tabulamentum, *it.* ipſa janua. Κρηπίς, ῖδος, crepido. Τροχοειδὴς rotæ ſpeciem referens, orbicularis. Δείκηλον imago, ſimulacrum.

Cap. CLXI. Εὔστομος magno, pulchro, tractabili (*de equis ſc.*) facundo ore,

ore, eleganti & venuſta oris ſpecie præditus, *h. l.* *εὔςομον dici videtur*, qvod velut ore probe clauſo continetur *i. e.* ſilentio ſupprimitur: εἰδότι μοι εὔςομα κείςθω, qvamvis probe norim, abſit tamen, ut eloqvar. Ἐξανίςημι *h. l. paſſ.* ſedibus expellor, excitor.

Cap. CLXXII. Καταιρέω e medio tollo, καἰαραιρημένε *att. & jon. pro καθηρημένε pr. p. paſſ.* Κατόνομαι vitupero, reprehendo *h. l.* contemno, deſpicio, vilipendo. Μοίρα pars, portio, fatum *it. h. l. idem qvod* λόγος ratio, exiſtimatio, ἐν ἐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον nec illum magni fecerunt, *v.* non adeo magna exiſtimatione dignum cenſuerunt. Ἀγνωμοσύνη imperitia, ſtultitia, imprudentia *v. h. l.* iniqvitas, indignatio, ſævitia, ferocia. Προσάγω (μοὶ τινα) aliqvem mihi concilio. Ποδανιπ]ὴρ pelluvium, pelvis, in qva pedes abluuntur. Εναπονίζω abluo in, ἐναπενιζέατο *jon*, *pro* ἐναπενίζοντο *a verbo* νίζω *qvod eſt* νίπ]ω *lavo, abluo.* Πράσσω ago, facio *h. l.* ita me habeo, hoc vel illo modo affectus ſum, hac vel illa conditione utor. Ἐι γὰρ εἶναι *ſc.* ἔφη, *qvod verbum infinitivus hic reſpicit;* thi ſagde han, var jeg for en gemeen Mand, ſaa er jeg dog nu eders Konge. Προμηθέομαι alicujus curam, rationem, reverentiam habeo.

Cap. CLXXIII. Κατάςασις πρηγμάτων, inſtitutum in peragendis negotiis, in rebus gerendis. Πληθώρη *jon.* πληθώρη, *nomen medicis familiare*, nimia humorum in corpore humano copia *h. l. & alibi apud noſtrum* ἀγορῆς πληθώρη, *alias* ἀγορὰ πλήθεσα *v.* πληθύεσα, illud tempus, qvo forum hominibus freqventisſimum eſt. Μέχρι ὅτε *pro* μέχρι ἕ *cum genitivo adjuncti nominis*, usqve ad. Κατασκώπτω τινὰ aliqvem mordacibus dictis inſector, cavillis falſisqve dictis inceſſo. Μάταιος *h. l.* qvi ineptiis, & παιγνιήμων, qvi jocis indulget, *a* παιγνία, ludus, jocus, *qvod infra, a* παίζω *ludo.*

ludo. Ἄχθομαι h. l. paſſ. offendor.

Προΐστημι præſum h. l. rego, guberno, οὐκ ὀρθῶς προέστηκας ἑωυτοῦ, minus recte te regis, gubernas h. e. te geris, vitam tuam inſtituis, minus rectam ad res gerendas viam inſiſtis. Ἐς τὸ ἄγαν φαῦλον προάγων σεαυτὸν, dum temetipſum ad ineptias demittis nimis frivolas. Σεμνὸς venerabilis, venerandus. Θωκέω & θακέω ſedeo a θῶκος & θάκος ſedes, ſedile. Κατάστασις h. l. conditio, ratio. Κατασπουδάζομαι, h. l. ſeriis rebus gravioribusqve ſtudiis ac negotiis animum intentum habeo. Ἀπόπληκτος, qvi animo aut corpore, aut utroqve ſtupet, attonitus, inſanus, amens h. l. qvi totus ſtupore non animi tantum ſed corporis qvoqve correptus eſt. Λάθοι ἂν ἤτοι μανεὶς, ἢ ὅγε ἀπόπληκτος γενόμενος, ſenſim ſine ſenſu aut mente captus erit aut idem ipſe totus ſtupore correptus.

Cap. CLXXIV. Φιλοπότης καὶ φιλοσκώμμων οὐδαμῶς κατεσπουδασμένος ἀνὴρ, vir potandi, jocandiqve, neqvaqvam ſeriarum rerum ſtudio deditus. Εὐπαθέω deliciis indulgeo, voluptates ſector. Ἁλίσκω h. l. arguo. Πολλὰ ἀποφεύγεσκε v. multa effugiebat ſc. oracula, ab iis abſolutus, v. paſſive, ſæpius abſolvebatur. Ἐπισκευὴ refectio, reparatio. Καταδέω h. l. obligo, alligo ſc. ſenſu forenſi, τινὰ φῶρα εἶναι aliqvem furti crimine.

Cap. CLXXV. Ὅσων τε το μέγαθος λίθων ἐστὶ καὶ ὁκοίων τέων pro ὅτι τοσούτων — — καὶ τοιούτων τινῶν, qvod tantos talesqve lapides habent. Ἀνδρόσφιγξ Sphinx formæ virilis. Ὑπερφυὴς τὸ μέγαθος idem qvod infra ὑπερμεγάθης immenſæ magnitudinis, prægrandis. Πύγων, ονος, menſura 20 digitorum. Ἐνθύμιστον ποιεῖσθαί τι, alicui rei animum advertere. Μοχλεύω vectibus aliqvid promoveo.

Cap. CLXXVI. Ἐλλόγιμος, inſignis, cujus eſt aliqva

aliqva præcipua dignitas & præſtantia. Βάθρον fundamentum, cui aliqvid inſiſtit. Μέγαρον, templum, ædes.

Cap. CLXXVII. Ζόη vitæ ratio, qva qvis vitam ſuſtentat: *δικαίην ζόην ἀποφαίνειν* legitimam ſuſtentandæ vitæ rationem oſtendere. Ιθύνω rego, dirigo *h. l.* mulcto, *ἰθύνεσθαι θανάτω*, morte mulctari.

Cap. CLXXVIII. Ἀποδείκνυμαί τι ἐς τινὰ *h. l.* beneficium *v.* officium in aliqvem aliqvod confero, *ἄλλα τε ἐς Ἑλλήνων μετεξετέρους ἀπεδέξατο, καὶ δὴ καὶ τοῖσι ἀπικνευμένοισι ἐς Αἴγυπτον ἔδωκε Ναύκρατιν πόλιν ἐνοικῆσαι*, cum alia in Græcorum qvosdam officia contulit, tum inprimis, qvod iis, qvi in Ægyptum concederent, Naucratin urbem incolendam dedit. Προστάτης τοῦ ἐμπορίου, mercaturæ præfectus. Μεταποιέομαι, mihi aliqvid vendico. Το *μετεόν μοι*, cujus mihi aliqva pars eſt, cujus ſum particeps *ab imperſ. μέτεστι μοι* ɔ: *μετέχω τούτου*, particeps ſum hujus rei.

Cap. CLXXIX. Χρὴ *imperſ.* oportet *imp. χρῆν pro ἐχρῆν* oportebat. Ἀπομνύω, abjuro, dejero, jurejurando nego. Οἷά τε *pl. pro ſing. οἷόν τε, imperſonaliter hoc loco poſitum, ita ut εἰ μή γε οἷά τε v. οἷόν τε εἴη — πλέειν*, ſi minus navigari poſſet *pro* ſi minus ille navigare poſſet. Πρὸς ἀνέμους ἀντίους πλέειν, adverſum tenentibus ventis navigando obniti.

Cap. CLXXX. Μισθόω mercede aliqvid faciendum loco. Ἐπιβάλλει μοι τοῦτ, ad me hoc pertinet, mihi obtingit, incumbit, imponitur, *ſed h. l. τοὺς Δελφοὺς pro τοῖς Δελφοῖς propter ſeqvens infinitum.* Δωτινάζω, dona colligo, *a* δωτίνη donum. Ἀμφικτυόνων — — ἐδωτίναζον.) *Vid. Spic.* II. Στυπτηρία, alumen, *a στύφω aſtringo.*

Cap. CLXXXI. Συντίθεμαι compono, concilio, *φιλότητα καὶ συμμαχίαν*

χίαν συνεθήκατο amicitiæ & in bello ſocietatis foedera junxit. Δικαιόω *i. e.* ἀξιόω, δίκαιον ἡγοῦμαι, æqvum *v.* fas eſſe puto, *v.* mihi faciendum cenſeo: ἐδικαίωσε δὲ καὶ γῆμαι (*pro* γαμῆται) αὐτόθεν, qvin etiam inde ſibi ducendam uxorem eſſe cenſuit. Καταφαρμάζω, veneficio aliqvem lædo. Μηχανὴ ars, artificium *h. l.* effugium. Ἔστι τοι οὐδεμία μηχανὴ (*h. l. ſubintellige* τοῦ) μὴ οὐκ ἀπολωλέναι κάκιστα γυναικέων ἁπασέων *ad verbum*, nulla tibi ratio eſt, qva non foeminarum omnium peſſime perieris *i. e.* nullum tibi effugium eſt non pereundi *v.* nullo pacto poteris effugere, qvo minus (*v.* qvin) foeminarum omnium peſſime pereas. Μῆχος, εος, τὸ remedium.

Cap. CLXXXII. Κατὰ ξεινίην *h. l.* propter hoſpitium, *quod infra explicat*, οὐδεμιῆς ξεινίης εἵνεκεν. Προσέχω *h. l.* appello *ſc.* naves: Καταστρέφομαι in poteſtatem redigo *h. l.* mihi ſubjectos cogo, adigo ad, ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ad ſolvendum tributum.

III.

NOTARUM

EXEGETICO-PHILOLOGICO-CRITICARAM

IN LIBRUM SECUNDUM

HERODOTI

Ex Recens. P. WESSELINGII

SPICILEGIUM.

Cap. I. Τῆς προαποθανούσης πένθος μέγα ἐποιήσατο, *quam defunctam magni luctus honore proſecutus eſt.*) Vid. *Spic.* II.

Cap. II. Ἐντειλάμενος cum μηδένα — — ἰέναι conſtruendum per *prohibuit*, cum κεῖσθαι per *juſſit* ut reddatur, latini ſermonis ratio poſtulat. Sic idem verbum ſæpe in diverſa relatione poſitum diverſo qvoqve ſenſu ſumi debet atqve verti. Si velis exempla, vide Rom. XIV. 13. μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν, ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι: in qvo prius κρίνωμεν *damnandi*, poſterius κρίνατε *decernendi* ſenſum habet. 1 Cor. XIV. 34. οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ᾽ ὑποτάσσεσθαι· in qvo ἐπιτέτραπται cum λαλεῖν *permiſſum eſt*, cum ὑποτάσσεσθαι *injunctum* eſt valet. 1 Tim. IV. 3. κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ubi κωλυόντων cum ἀπέχεσθαι idem valet qvod κελευόντων. Sic in Phædrina de canibus fabula; *non veto dimitti, verum cruciari fama.* Pluribus referendis ſuperſedeo.

Πλήσαντα δὲ τοῦ γάλακτος.) Vid. *Spec.* II. ibiqve notatis adde: neqve conſtructioni τοῦ πλήσαντα cum ἐντειλάμενος obſtat, qvod ἐντέλλομαι dandi caſum poſtulat, nam πλήσαντι in πλήσαντα propter ſeqvens infinitum διαπρήσσεσθαι mutari lingvæ ratio patitur.

Cap. III. Οἱ γὰρ Ἡλιουπολῖται λέγονται Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι) Λόγιος *ſolers, eruditus, doctus, qvi ingenium liberalioribus artibus excultum habet.* Vid. L. II. 77. IV. 46. Strabo L. III. p. 618. hoc habet: ἅπαντας μὲν γὰρ λογίους ἐποίησε τοὺς μαθητὰς Ἀριστοτέλης, λογιώτατον δὲ Θεόφραστον. Contra λόγιμον freqventer appellat noſter *qvod cujuſcunqve rei ratione memoratu dignum & famâ inſigne ſit, maxime*

potentiâ ac robore. Vid L. I. c. 143. II. c. 98. I. c. 171. Qvare h. l. lectionem λογιώτατοι illi λογιμώτατοι haud injuriâ prætulit Gronovius, qvia h. l. de hiſtoria & antiqvitatis ægyptiacæ cognitione agitur. Neqve tamen ego lectioni λογιμώτατοι valde repugnarem, ſi qvis retentam mallet per contextum ſic intelligendam, *eruditionis laude celebratiſſimi*: qvocum ſenſu conſentit locus citatus. L. I. 171. qvi ingenioſa Caricæ gentis tria inventa commemorat, propter qvæ ἔθνος λωγιμώτατον τῶν ἐθνέων ἁπάντων appellari poſſet, qvemadmodum & h. l. Heliopolitani ingenii eruditionisqve laude λογιμώτατοι.

Τὰ μὲν νῦν θεῖα —— ἐπιμνησθήσομαι.) Vid. *Spic.* II. In citato loco hæc verba, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτέων μοῦνον, ſic vertunt, *eas non libenter in publicum enuntiaverim*, & qvaſi de myſteriis foras non enuntiandis loqveretur, ſic intelligunt. Hic ſenſus autem diſtinctione poſt ἔξω poſita ſignificari debuit. Mihi, qvo minus ſic intelligam hactenus, obſtat qvod ſeqvitur νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτέων ἐπίστασθαι. Qvid enim? de myſteriis qvo pacto omnes idem ſciunt? Certe de his plura ſcire ſibi videntur & creduntur initiati, qvam cæteri homines. Sed idem ſciant ſane omnes, cur ergo tanqvam myſterioſa ea eloqvi recuſat, qvæ omnes pariter ſciunt? In mentem qvidem ſi cui forte venerit, poſſe hoc περὶ αὐτέων de nominibus divinarum rerum intelligi, mihi primum occurrit, qvod pro αὐτέων h. l. non ſcripſerit τούτων, qvod certe ſi feciſſet dubio res caruiſſet, deinde qvod præter nomina multo plura potuiſſet Herodotus de rebus divinis commemorare, qvæ commemorari nefas non fuiſſet. Deniqve, qvo minus ſic, ut ſupra, noſtrum intelligam, obſtat vel maxime phraſium diverſitas. Οὐκ εἰμὶ πρόθυμος, ſic loqvitur, qvi lubenter non faciet, qvod alias ipſi, ſi luberet facere, liceret. Similiter Cap. 46.

οὔ μοι

ὃ μοι ἥδιόν ἐςι λέγειν, qvum dicit, nonne ſignificat rem, qvam & ipſe ſcit, & aliis dicere poſſet, ſi vellet, nec ab inſtituto ejus alioqvin alienum eſſet? Item Cap. 47. ἔςι μὲν λόγος περὶ αὐτῦ ὑπ' Αἰγυπτίων λεγόμενος· ἐμοὶ μέντοι ἐπιςαμένῳ ὀυκ εὐπρεπέςερός ἐςι λέγεσθαι· Nonne ſignificat his narrationem, qvam & Ægyptii vulgo referrent, & ipſe ſciret, ſed referre tamen utpote parum decoram dictu nollet, atqve adeo omitteret etiam ut ab inſtituto ſuo alienam, qvod utiqve fuerit, res divinas leviter tantum attingere, & qvatenus orationis ſeries coegerit commemorare? Hoc certe ſuum propoſitum expreſſis verbis Cap. 65. ſic declarat: τῶν δὲ ἕινεκεν ἀνεῖται τὰ ἱρὰ (ſc. τὰ θηρία) εἰ λέγοιμι, καταβαίην ἂν τῷ λόγῳ ἐς τὰ θεῖα πρήγματα, τὰ ἐγὼ φεύγω μάλιςα ἀπηγέεσθαι· τὰ δὲ καὶ εἴρηκα αὐτῶν ἐπιψαύσας, ἀναγκαίῃ καταλαμβανόμενος εἶπον. In qvibus qvis non videret noſtro ſermonem eſſe de talibus rebus divinis, qvas referre ſibi, ſi vellet, fas eſſet, nec aliam ipſi cauſam eſſe, cur non referat, qvam qvod copioſior de divinis rebus enarratio ex eo, qvod ſibi propoſuit, inſtituto non placeat, forte qvod de multis aliter ſentiret liberius, qvam ut liberius ea liceret per ætatis ſuæ ſuperſtitionem eloqvi? Contra qvando de myſterioſis atqve ſilentio tegendis rebus loqvitur, ut Cap. 61. alia phraſi, & hac qvidem utitur, ὅ μοι ὅσιόν ἐςι λέγειν. Cap. 86. τῦ ὀυκ ὅσιον ποιεῦμαι τὸ ὄνομα ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ὀνομάζειν. Et ſic itidem velle videtur intelligi, ubi ſic, ut Cap. 48. loqvitur: διότι δὲ μέζον ἔχει τὸ αἰδοῖον καὶ κινέει μῦνον τῦ σώματος, ἔςι λόγος περὶ αὐτῦ ἱρὸς λεγόμενος h. e. *ſacra, ſacerdotalis & myſtica narratio, qvam evulgari nefas eſſet.* Hæc igitur tam copioſe qvorſum? ut ex præmiſſis judices, an jure qvodam meo atqve Herodoti noſtrum hunc locum ſic reddiderim: *divinis ergo de rebus, qvas audivi narrationes, eas ipſe porro non lubenter copioſius enarraverim,*

raverim, ſed fere nominaſſe ſatis habebo: qvippe de qvibus idem ubiqve ſcire omnes homines exiſtimem (in qvantum ſc. eas vulgo ſciri fas ſit, adeoqve minus opus eſſe, ut in iis enarrandis copioſior meum inſtituti hiſtorici modum excedam) *qvicqvid autem de his deniqve commemoraverim, id ipſa mea me coegerit oratio.* Ita noſtrum qvoqve REIZIUS eo videtur intellexiſſe, qvod poſt ἐξηγέεσθαι poſita diſtinctione ἔξω cum ἢ copulaverit, qvaſi pro ἔξω εἰ μὴ, cujus particularum copulæ qvamvis mihi jam non ſuppetant exempla, ne dubites tamen, an græca posſit eſſe, PAULUS tibi 1 Cor. XIV. 5. ἐκτὸς εἰ μὴ dabit, pro qvo certe ἔξω ἢ ſubſtitui poterit, ſi vel nusqvam alibi ſcriptum reperiretur. Nam particularum ſimplicium ἐκτὸς & ἔξω, item ἢ & εἰ μὴ, idem ſenſus, eadem vis eſt. Verbi autem ἐξηγέεσθαι de copioſa & explicata rerum enarratione adhibiti ſi velis exemplum, iisdem de rebus divinis ſimillimum dabit Cap. 49. Ἕλλησι Μελάμπους ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τό τε οὔνομα, καὶ τὴν θυσίην, καὶ τὴν πομπὴν τοῦ Φαλλοῦ.

Cap. IV. Ἄγουσι δὲ τοσῷδε σοφώτερον Ἑλλήνων, ἐμοὶ δοκέειν, ὅσῳ Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι, τῶν ὡρέων εἵνεκεν. *Atqve hanc illi rationem, mea qvidem ſententia, tanto ſapientius, qvam Græci ducunt, qvod Græci qvidem tertio qvoqve anno* (h. e. *biennio peracto*) *intercalarem ſuperinducunt, ut ita recte ſibi conſtet temporum ratio* (v. *rite ſic redeant anni tempora.*) Loqvitur de *Cyclo Thaleſio*, qvem τριετηρίδα vocant, qvi eo evadit, ut lunare biennium cum intercalari menſe ſolare 20 fere diebus excedat ſic:

A. Sol.	365	A. lun.	360
Bien. Sol.	2	Bien.lun.	2
	730		720
		Menſ. int.	30
			750

Sed

Sed Ægyptii ſic computant ſapientius

A. S.	365	A. lun.	360 + 5
B. S.	2	B. lun.	2
	730		720 + 10 = 730.

Vide *Onomat. gr. ſacr.* p. 126. ad vocem Κύκλος. Hinc rectisſime concludit HERODOTUS, καί σφι (τοῖς Αἰγυπτίοις) ὁ κύκλος τῶν ὡρέων ἐς τὠυτὸ περιϊὼν παραγίνεται.

Cap. V. Ἔστι δ' ἕτερον τοιοῦτον·) Vid. *Spic.* II. ibiqve notatis adde hæc. Verba hæc etiam a reliqvis ſuperioribus, qvibuscum cohærerent optime, per majorem diſtinctionem mihi male videntur avulſa. His ergo in totius periodi conſtructionem admisſis, hanc ita habe qvam optime cohærentem: δῆλα γὰρ δὴ — ὅτι Αἴγυπτος, ἐς τὴν Ἕλληνες ναυτίλλονται, ἐστὶ Αἰγυπτίοισι ἐπίκτητός τε γῆ καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ, καὶ (ὅτι) τὰ καθύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης, μέχρι τριῶν ἡμερέων πλόου, τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον, ἔστι δ' ἕτερον τοιοῦτον. Sed vereor, ne te offendat particulæ δὲ ſupervacua, qvæ forte videbitur, abundantia: qvam ergo tibi perſvadeas velim emphaſeos cauſa ſic expreſſam eſſe, ut inſignem oppoſitionem prodat contrariam τῷ, τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον, in qvibus latet conceſſiva μὲν, qvæ per *qvanqvam*, ſi expreſſa, vertenda fuiſſet. Ita δὲ ſæpe minime ſupervacua, imo emphatica maxime particula, ubi abeſſe per conſtructionem poſſet, exprimitur. Exempla Vid. Rom. XV. 19. 20. HEROD. II. c. 180. Ubi, ſive apodoſin qværas in τοὺς Δελφοὺς δὲ, ſive in πλανώμενοι δὲ, particula δὲ potuiſſet per conſtructionem, qva cum protaſi Ἀμφικτυόνων μισθωσάντων apodoſis connectitur, abeſſe. Plura olim, qvæ mihi ſunt deperdita, certe per confuſas ſparſa ſchedulas, collegi. Nunc ſuffecerit annotaſſe, qvod toties apud noſtrum vel in hoc Libro ſecundo in οὗτοι δὲ emphaſin prodit ac vim determinantem particulæ δὴ, cum alias οὗτοι ſine δὲ per con-

conſtructionem ſcribi poſſet ac deberet etiam. Si velis exemplum particulæ μὲν non expreſſæ, qvod ejus vim ipſa verba manifeſtius prodant, & eam tamen velut expreſſam reſpicientis particulæ δὲ, dabit noſter tibi Cap. 100. hoc: ποιησαμένην γάρ μιν οἴκημα περίμηκες, ὑπόγαιον, καινοῦν (ſc. μὲν) τῷ λόγῳ, νόῳ δὲ ἄλλα μηχανᾶσθαι. In qvibus etiam καινὸν a ſciolis in καινοῦν verbum noſtro inſolitum mutatum ſuſpicor, qvod particulam δὲ per conſtructionem cum participio ποιησαμένην ſupervacuam opinati ſint, ſi καινὸν legerent, ideoqve καινὸν in καινοῦν mutarunt, ut ita cum eo νόῳ δὲ μηχανᾶσθαι copulative vel adverſative conjungerent. Sive vero καινοῦν ſive καινὸν legas, deficit tamen μὲν particula; qvam licet non expreſſam δὲ ſubſeqvens reſpicit: neqve vero δὲ infinitum μηχανᾶσθαι copulat, ſed ſuam potius opponendi vim totam voci νόῳ oppoſitæ τῷ λόγῳ vult aſſeri.

Cap. VI. Αὖτις δὲ αὐτῆς Αἰγύπτου ἐστὶ μῆκος.) Hoc ex membrana antiqva medicea Herodoto reſtituit Gronovius pro αὐτῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου, qvaſi vero αὖτις δὲ reſponderet neceſſario præcedenti πρῶτα μὲν, pro εἶτα δὲ vel δεύτερα δὲ. Gronovianam hanc lectionem Wesselingius, qvem reliqvi ſecuti ſunt, adoptavit. His ego me comitem jungerem, ſi ſtare criſis firmo nixa fundamento poſſet. Nec enim neceſſe eſt, ut τῷ, πρῶτα μὲν reſpondeat ſemper εἶτα δὲ vel ἔπειτα δὲ vel δεύτερα δὲ, atqve adeo pro hoc αὖθις δὲ v. αὖτις δὲ (nam utroqve modo ſcribitur). Etiam τῷ, πρῶτα v. πρῶτον μὲν ſimplex δὲ ſubſeqvitur eodem ſenſu. Exemplum unicum dabit Paulus Rom. I. v. 8. coll. v. 13. Plura præſtaret in *memorabilibus Socraticis* Xenophon, niſi mihi qvondam notata, nunc deperdita, neqve præſto ſint & ad manum. Gronovianum igitur hoc πρῶτον ψεῦδος eſt. Alterum erit, qvod ex L. VII. 141. huc advocavit in ſubſidium, exemplum plane ἀπροσ-

ἀπροσδιόνυσον, in qvo *δεύτερα αὖθις* nihil habet, qvod noſtro *αὖθις δὲ* ſimile ſit. Nam in hoc *αὖθις* potius ſuſtineret vicem particulæ *δὲ*, neqve pro *δεύτερα*, cui ſubjungitur, valeret: & ita ſane *αὖ* & *αὖθις* ſæpe pro *δὲ* adverſantur, imo cum ipſa *δὲ* & ei ſubjuncta, ut in his *δεύτερα δ' αὖ*, *ἔπειτα δ' αὖ*, *πάλιν δ' αὖ* v. *αὖθις*. Deinde in ex. cit. *αὖθις* adverbium eſt & reiterati temporis nota, minime conjunctiva particula, ut *δεύτερα αὖθις* noſtrum danicum ſonet atter, v. anden gang igien. Nam nos qvoqve hoc ſenſu has duas conjungimus ſæpe particulas, qvarum una ſufficeret. Nec in illo deniqve loco *δεύτερα δὲ* habet, cui reſpondeat, præcedens *τὸ πρῶτα μὲν*. Qvid ergo? Subruto, inqvam, fundamento corruit ædificium. Reſtituendum credo noſtro qvod ſuum eſt, neqve tantum hoc *αὐτῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου*, ſed vel maxime hoc *αὐτῆς δ' αὖ τῆς Αἰγύπτου*, in qvibus *αὐτὴ Αἴγυπτος* tam evidenter *τῇ προχύσει τῆς γῆς* opponitur. Nam *αὖθις* illud & ſimplex *τῆς* pro *αὐτῆς* ab alienis manibus, qvas tamen critica mens duxit, profectum cenſeo. Fac Herodotum ſcripſiſſe *αὐτῆς δ' αὖ τῆς Αἰγύπτου*, tum in hoc cum *δ' αὖ* reſponderet *πρῶτα μεν*, ſic tamen velut *αὐτῆς* lectum vel auditum forte qvidam deſcripſerint, unde porro cum duplex *αὐτῆς* offenderet, alii, ut vitioſo loco medicam manum adhiberent, prius *αὐτῆς* in *αὖθις* mutaverint, tanto lubentius, qvod ſibi tum habituri viderentur, qvod *τῷ πρῶτα μὲν* opponerent, alii poſterius, retento priori, mutilaverint præciſa ſyllaba *αὐ*: qvarum alterutrum ut fecerint, vero tam videtur conſentaneum, ut, ſuppoſito, qvod irrepſerit, vitio, neceſſe pæne dixerim.

Cap. VII. *Ἔστα πᾶσα — ἰλύς.*) Vid. *Spic.* II.

Cap. VIII. *Ἀπὸ δὲ Ἡλιοπόλιος ἄνω ἰόντι στεινή ἐστι Αἴγυπτος* (*τῇ μὲν γὰρ — — τοῦ Ἀραβίου τὰ πρὸς*

μεσαμβρίην φέροντα) τὸ ὦν δὴ ἀπὸ Ἡλιοπόλιος, ἐκέτι πολλὸν χωρίον, ὡς εἶναι Αἰγύπτε. Sic textus diſtingvi, adornari, conſtrui debet. Nempe qvod parentheſi proxime ſubjunctum eſt, manifeſta hoc eſt præcedentium epanalepſis, in qva τῷ, ςεινή ἐςι Αἴγυπτος, ſubſtitutum eſt τὸ, ἐκέτι πολλὸν χωρίον, ὡς εἶναι Αἰγύπτε. In qvo phraſin, ὡς εἶναι Αἰγύπτε minus recte, *ut ſit Ægypti*, vertunt, ſed rectisſime Kallius noſter, *in qvantum ſit Ægypti* i. *pro ea parte, qvæ Ægyptiaca eſt*, vel, *ad Ægyptum pertinet.* Et ſic infra qvoqve Cap. 135. ſimilem phraſin, ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, qvam reddidit, *ut Rhodopis ſcilicet*, ſimiliter vult intelligi.

Qvod in parentheſi duplex occurrit τῇ δὲ, horum prius cave, ne referas ad illud τῇ μὲν. Nam in ejusdem montis deſcriptione verſatur adhuc oratio. Sed cum poſteriori τῇ δὲ incipit oppoſiti montis deſcriptio. Hoc tamen, qvod ex conjectura Cl. Pawii probavit Wesselingius, apud ipſum & Reitzium in textu legitur τὸ δὲ, qvod forte genuinum eſt, ne ſcilicet Autor idem τῇ δὲ, qvod antecedit, & aliam relationem habet, repeteret.

Τῇ δὲ αὐτὸ ἑωυτε —— πρὸς ἑσπέρην.) Vid. *Specil.* II.

Ἀλλ' ὅσον τε ἡμερέων τεσσέρων ἀναπλόε ςεινή) Elliptica phraſis, ſic ſupplenda: ἀλλὰ κατὰ τοσἕτο χωρίον, ὅσον — ἀναπλόε, ςεινή ἐςι h. e. *per tantum ſpatium, qvantum eſt* &c. ſimplicius & brevius *per ſpatium fere qvatuor dierum navigationis.* Στεινή ἐςι Αἴγυπτος ἐοῦσα. Verte: *anguſta eſt regio, qvæ qvidem Ægyptus eſt:* & interpretor ex eo qvod antecedit, ἐκέτι πολλὸν χωρίον, ὡς εἶναι Αἰγύπτε. Phraſes agnoſco, ἦν, ὑπῆρχε, ἐτύγχανε, ἐγένετο περιπατῶν pro περιεπάτει, etiam ἐγένετο φανερὸς ὢν pro φανερὸς ἦν. An etiam ἦν ὢν, ἐγένετο γινόμενος, ἐτύγχανε τυγχάνων græce dici recte posſit, haud ſcio. Ergo ἐοῦσα

h. l.

h. l. ſic intelligo *ὡς εἶναι Αἴγυπτον, qvatenus Ægyptus v. ægyptiaca regio ſit.*

Cap. IX. Ἑξήκοντα καὶ ὀκτακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι.) A mari ad Heliopolin ſunt ſtadia 1500. Jam ſi ab Heliopoli ad Thebas ſunt 4860, ſummam habes 6360. At infra ſpatio a mari ad Thebas usqve porrecto ſtadia asſignat 6120. Apparentem contradictionem, me judice, tollit diverſarum phraſium obſervatio, & unius qvidem h. l. ἀνάπλοος ἐννέα ἡμερέων de navali per omnes flexus & anfractus fluminis facto itinere, alterius infra ἐς μεσόγαιαν de terreſtri atqve directo uſurpatæ, qvod qvidem tanto brevius ſit, qvanto flexuoſum minus, neceſſe eſt.

Οὗτοι συντεθειμένοι ςάδιοι Αἰγύπτου.) Vid. *Specil.* II.

Cap. XI. Ῥαχία Jon. ῥηχίη exæſtuantis in littora maris ſtrepitus v. *exæſtuatio maris.* A ῥήσσω, ῥήγνυμι *rumpo*, qvod exæſtuando mare perrumpit objectas moles Ἄμπωτις v. ἀνάπωτις, qvaſi *reſorptio qvædam, qva exæſtuantes ſuas undas in ſe mare revocat:* utrumqve verte *aqvarum æſtus & refluxus.* Cujus beneficio ſi transierint Iſraelitæ mare rubrum, miraculum tamen non tollitur, ſi ſtatuitur iſte refluxus aqvarum hoc tempore, qvo alias non contigiſſet, & ad datum ſignum, & per tantum temporis ſpatium, qvantum trajectui ſufficeret, contigiſſe.

Τὸν μὲν — τὸν δὲ — σχεδὸν ἀλλήλοισι συντετραίνοντας τοὺς μυχούς.) Vertunt: *alium hujusmodi ſinum Ægyptum aliqvando fuiſſe puto: huncqve a mari ſeptentrionali tunc ductum fuiſſe Æthiopiam verſus: alterum vero illum Arabicum a meridionali mari Syriam verſus tendere: ambos prope ſibi invicem ſuos perforare receſſus:* qvaſi vero duæ ſubſeqventes propoſitiones, cum δοκέω γενέσθαι per participialem conſtructionem copulandæ forent, ceu totidem opiniones Herodoti.

Sed de altero illo ſinu, arabico, nulla certe talis verſari opinio poterat, qvippe cujus directio, unde, qvorſum tenderet, addubitari minime poſſet, ut de illa adeo tanqvam addubitata opinari qvicqvam poſſet. Vix etiam de ſinus Ægyptiaci a mari ſeptentrionali derivatione dubitari potuit, poſito, qvod opinatus eſt HERODOTUS, talem olim exſtitiſſe. De exiſtentia opinio, de directione vix ulla verſari poteſt. Qvid ergo? Poſito poſt Συρίης commate, & ſublata majore diſtinctione, τὸν μὲν & τὸν δὲ refer ad συντετραινοντας ceu respondens his articulis commune participium, atqve hoc ita qvidem refer ad illud δοκέω γενέσθαι, ut per hoc explicetur, qvalis ſinus Ægyptiacus ille qvondam fuerit, & qvam directionem, qvem ſitum habens alteri huic arabico qvam prope conjunctus fuerit. Qvare totum ſic verto: *Alium qvoqve hujusmodi ſinum* (arabico ſimilem) *Ægyptum puto qvondam fuiſſe, & ita qvidem, ut unus e mari ſeptentrionali verſus Æthiopiam invergens ſinus, alter, arabicus, de qvo* (*plura*) *mox dicam, qvi a mari meridionali verſus Syriam tendit, ſuos illi prope ſibi invicem receſſus terminent.* In textu qvod habetur συντετραίνοντας, lectio eſt medicei Codicis, qvam non ſecus ac coeleſte munus veneratur ſuſpicitqve GRONOVIUS, ac vertit idem, *perforando pæne commiſcentes receſſus ſuos.* Hunc exemplis probati verbi & elegantem qvidem uſum agnoſco, neqve tamen lectionem illam συμπεραίνοντας qvæ plurium codicum eſt, ideo improbandam cenſeo, idemqve haud ſcio, an *receſſus ſuos una terminare prope ſibi invicem* aptius, qvam *eos perforare* dici ſinus illi posſint: nec ineptius enim illud dici, certe ſcio. Et cur improbet GRONOVIUS nihil eſt præter illud ab ipſo admiſſum πρῶτον ψεῦδος, *concludendi* ſenſum dialecticum, qvem habet verbum συμπεραίνω, non poſſe huic loco apte ſatis accommodari. Immo vero applicari commodisſime per abſtractionem poteſt: & unde, qvæſo, hunc

dialecticæ concluſionis ſenſum, qvo terminatur & abſolvitur Syllogismus, hoc verbum obtinuiſſet, niſi jam omnino *perficiendi, abſolvendi, concludendi* atqve *terminandi* ſignificationem habuiſſet. Eſt utiqve περαίνω *perficio, abſolvo, ad finem perduco, termino*, qvod ipſum igitur συμπεραίνω cum adjuncta præpoſitionis vi ſignificare poteſt, & niſi generatim poſſet; ſpeciatim de *concluſione dialectica*, qva concluditur & abſolvitur Syllogismus, hoc verbum Græci nunqvam uſurpaſſent.

Ὀλίγον δέ τι παῤῥαλλάσσοντας τῆς χώρης,) Vertunt: *ſed exiguo tamen terræ qvodam intervallo fuiſſe diremtos.* Non improbo, neqve qvod contradicam habeo, niſi qvod hoc ſenſu διαλλαττοντας forte ſcripſiſſet Herodotus. Jam παραλλάσσοντας, qvod verbum *proprie* magis *prætereundi* ſenſum habet, ſcripſit, eoqve haud dubie ſignificavit, qvod locorum tam naturæ, qvam deſcriptioni conſentaneum eſt, unum nempe ſinum ab altero ſic præteriri, ut exiguum qvoddam terræ ſpatium ſuos inter receſſus præter ſe invicem paullulum productos relinqvant.

Εἰ ὦν ἐθελήσει — ἐργατικȣ͂.) Vide *Spic.* II.

Cap. XIV. Εσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς· ἐπεὰν δὲ καταπατήσῃ τῇσι ὑσὶ τὸ σπέρμα, ἄμητον τὸ ἀπὸ τȣ́τȣ μένει· ἀποδινήσας δὲ τῇσι ὑσὶ τὸν σῖτον, οὕτω κομίζεται.) Agriculturæ duo præcipua munera præſtari ſuum operâ teſtatur, occationem & triturationem. Rem ſuo teſtimonio confirmant Plutarchus in Lib. IV. Symp. & apud Ælianum de N. A. X. c. 16. his verbis Eudoxus: τȣ͂ σίτȣ σπαρέντος ἐπάγȣσι τὰς ἀγέλας αὐτῶν, αἱ δὲ πατȣ͂σι τȣ̀ς πυρȣ̀ς. Walkenario tamen ſues hac in re non placent. Wesselingio qvoqve ſues in illa ſementis & trituræ conſvetudine moleſtiam creant, qvi, " ſi verum eſt, inqvit, qvod perhibetur, oportet diverſo fuerint ingenio per Ægypti agros

 atqve

atqve alibi locorum, roſtriqve uſum ruſticorum utilitati poſthabuerint. At ſus ſui ſemper generis & indolis eſt, vorax pecus & gulæ indulgens. Ægyptii præterea boves, ut multæ nationes, triturandis frugibus adhibuerint. Prudenter profecto: ſunt enim boves ad id negotium porcis multo aptiores. Conſidera præterea ſues ab Ægyptiis ſtudioſisſime fuiſſe vitatos. Eqvidem ni mihi obſtarent PLUTARCHUS & EUDOXUS, veniſſe ex ſcriptoris calamo *ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν βοῦς* & *τῆσι βουσὶ τὸ σπέρμα*, tum *ἀποδινήσας τῆτι βουσὶ* arbitrarer. Qvid enim ſi menda utriusqve ætatem anteverterit? DIODORUS generali vocabulo *βοσκημάτων* uti maluit, ſuibus fortaſſe hanc operam negans. „ Caute qvidem hæc & prudenter ille. Cæterum neqve ſine cuſtodibus ſues in agros immiſſos, neqve per agros diſperſos ſibiqve relictos, ſed coactos cohibitosqve per agros a ſubulcis transactos fuiſſe credo, qvorum proinde tot arctisſime junctis pedibus ita conculcatum ſemen fuerit, neceſſe eſt, ut vix raſtris occarumve ferreis aut ligneis dentibus vel cooperiri ſemen vel conteri glebæ melius poſſent. Sint eidem uſui boves etiam adhibiti, neqve tamen minus apti ſues niſi vel aptiores per agros ſic acti forent. Vitaverint ſane ſubulcorum commercium Ægyptii, & eſu tactuqve ſuum abſtinuerint, nihil hoc tamen obſtare videtur, qvo minus ſibi hanc ab illis operam pasſim præſtari pasſi fuerint. Neqve, ſi ſic occandis ſeminibus haud inepti ſint ſues, forte minus, qvam boves, ad triturandæ ſegetis negotium apte potuerunt adhiberi, ſi per ſegetem, ſicut per ſementem, ſic actæ fuerint, ut illis uti roſtro per impulſores non licuerit. Et DIODORUS forte generali vocabulo *βοσκημάτων* uti propterea maluit, qvod & ſues & boves adhiberi negotio illi non ignorarit.

Cap. XV. *Ἐι ὦν βουλόμεθα γνώμῃ σιτῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι περὶ Αἰγύπτου, οἵ φασι τὸ Δέλτα μοῦνον εἶναι Αἰγυπ-*

"Αἴγυπτον· (ἀπὸ Περσέως — — Ἀραβίης εἶναι·) ἀποδεικνύοιμεν ἂν τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι κτλ.) Manifeſta eſt epanalepſis præcedentium hæc, τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι, qvod igitur verto, *hoc, inqvam, ſermone ſi utamur.* Inter protaſin & apodoſin Ægypti ex illa Jonum ſententia deſcriptionem inſeruit, qvam parentheſios ſignis diſtinctionis cauſa circumſcripſi. Sed in hac parentheſi, me judice, notanda venit orationis qvædam cum anomalia tum abundantia. Primum enim participium λέγοντες cum proxime ſubjecto οἱ φασὶ, alterum & tertium, λεγόντων, λεγόντων, cum remotiori Ἰώνων, caſu conſtructa ſunt, qvaſi caſus poſterior οἱ φασὶ habenti rebus acrius intentum animum HERODOTO excidiſſet & in mentem deinde prior ille Ἰώνων veniſſet. Nec ſine qvadam abundantia ter repetitum videtur idem participium, cum utiqve primum λέγοντες ſufficeret, & vel hoc abeſſe potuiſſet, ſi, tantum paulo longius producta protaſi, voluiſſet Autor omnia ejus membra cum οἱ φασὶ conſtruere: cui tum longiori protaſi non minus commode potuiſſet epanalepſin ad formandam apodoſin ſubjungere. Nunc, ut verba jacent, qvanqvam oratio poſſit ut longius producta nec abrupta protaſis ſpectari, & qvidem propter participialem conſtructionem φασι λέγοντες, nec incommode tamen poterit uberior illa ſententiæ Jonum explicatio tanqvam μεταξυλογία qvædam parenthetica diſtingvi.

Qvod parentheſeos initio occurrit τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτῆς μέχρι duplicem admittit conſtructionem v. τὸ παρὰ θάλασσαν (ſc. τοῦ Δέλτα) εἶναι αὐτῆς (ſc. τῆς Αἰγύπτου) ɔ: *maritimam* (ſc. *illius* delta) *oram ad eam* (ſc. Ægyptum) *pertinere usqve ad* &c. v. τὸ παρὰ θάλασσαν αὐτῆς (ſc. τῆς Αἰγύπτου) εἶναι μέχρι, cujus poſterioris conſtructionis hic ſenſus foret: *oram ejus* (ſc. Ægypti) *maritimam ad Taricheas usqve Peluſiacas pertinere.* Qvanqvam ſenſus idem foret, poſteriorem tamen verborum conſtructionem ut ſimpliciorem facilioremqve præfero. Τὸ

Τὸ δ᾽ ὦν πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο· τῆς τὸ περίμετρον ϛάδιοί εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακιςχίλιοι.) Atqvi totidem hæc 6120 ſtadia jam ſupra c. 9. a mari usqve ad Thebas numeravit. Nunc vero ſoli Thebaico tractui hunc ipſum ſtadiorum numerum asſignaſſe videtur, cum tamen ſubductis 1500 a mari ad Heliopolin ſtadiis, ſuperſint tantum tractui Thebaico 4620 ſtadia. An igitur ſui oblitus eſt HERODOTUS? Vix credo. Eandem credo menſuram hic, qvam ſupra, inde a mari ſignificat ad Thebas usqve, qvæ & qvanta facta ſit, poſtqvam πολλοὶ ὑποκαταβέβησαν, ideoqve ſcripſit εἰσι non ἦσαν, qvia τῇ πολλῶν ὑποκαταβάσει effectam nunc & ad mare productam menſuram intelligit, non illius Ægypti menſuram, qvam olim ſolus Thebaicus tractus effecit. Danice reddiderim ſic: **Altſaa blev den Thebaiſke Strækning alene fordum kaldet Ægypten, hvis Maal (nu ved Indbyggernes Nedſtigelſe) befindes udvidet indtil (de forbemældte) 6120 Stadier.**

Cap. XVI. Οὐ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλος γε — — γίνοιτο ἂν.) Vid. *Spic.* II.

Cap. XIX. Τȣ̃ ποταμȣ̃ δὲ φύσεως πέρι — — ȣ παρέχεται.) Vid. *Spic.* II.

Ὅτι κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος πληθύων ἀπὸ τροπέων τῶν θερινέων ἀρξάμενος ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας· πελάσας δ᾽ ἐς τὸν ἀριθμὸν τȣτέων τῶν ἡμερέων, ὀπίσω ἀπέρχεται, ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον.) Qvod ſi hoc ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας ad πληθύων referendum eſt, ſic Autor intelligi poteſt, ut ſub verbo πληθύων totam fluminis reſtagnationem inter deſcenſum pariter ac reditum ejus complexus ſit, ut adeo ſeqvens πελάσας — ἀπέρχεται, ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον de finita jam & abſoluta poſt 100 dies tota inundatione intelligendum eſſet, & ſecundum PLINIUM *in totum Nilus intra ripas ſuas centeſimo*

teſimo die *revocatus.* Sin ad κατέρχεται referamus 100 dierum numerum, accremento qvidem 100 dies, SALMASIO interprete in *Exerc. Plinian.* p. 436., tribuiſſe cenſendus eſt HERODOTUS, neqve tamen eo magis neceſſe eſt, ut per ſeqvens πελάσας — τὸ ῥέεθρον decremento totidem tribuerit, qvippe qvod indefinitum ſic relinqvere per hæc verba poſſet: *cumqve accreſcendo ad horum dierum numerum prope acceſſerit, retrocedit.* Tertia ſupereſt hujus loci explicandi ratio, ſi πελάσας participium cum ſeqventi verbo ἀπέρχεται hoc ſenſu conſtruas, ut *intra fere horum dierum numerum retrocedere* Nilus dicatur: qvo ſenſu qvidem alterum centenarium dierum numerum decremento fluminis autor tribueret. Mihi qvidem prima illa interpretatio probabilior eſt, qva 100 dierum numerus ad πληθύων ſic referendus eſſet, ut per verbum κατέρχεται initium accrementi & per ἀπέρχεται ultimum decrementi finem, utrumqve ipſius proprie ſic dictæ reſtagnationis tempori non annumerandum, ſignificaret, & ſic utiqve verus eſſet PLINIUS, qvi ipſius proprie ſic dictæ & notabilioris reſtagnationis accremento 50 & decremento alios 50 dies ſecundum HERODOTUM tribuit. Sic illa proprie ſic dicta exæſtuatio incipiens a ſolſtitio æſtivo ad ultimum Septembris deſineret. Sin centenos accremento ac decremento dies tribuiſſet Autor, non ante Decembris ultimum fere diem æſtus deſineret: qvum mirum videretur, ſi HERODOTUS, ſicut ſolſtitium æſtivum *a qvo terminum* fecit, brumale non feciſſet *terminum ad qvem.* Eſſet tamen, qvod adjuvare hanc ſententiam poſſet, ſi πληθύων vel pro πληθύειν cum ἀρξάμενος copulatum ex genio lingvæ, vel ab ipſo HERODOTO ſcriptum infinite πληθύειν ſtatuas, & ſic diſtingvas: *κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος, πληθύων (πληθύειν) ἀπὸ τροπέων τῶν θερινέων ἀρξάμενος, ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας.* Sic enim ipſi exæſtuationi, qva ripas ſuas excedens terram ſuperaret, nullo certo tempore, ſed

tantum termino a qvo ſtatuto, a primo deſcenſus initio 100, & ad ultimum regreſſus finem totidem dies numerare poterat, cum primum accreſcendi vel deſcenſus initium ante ſolſtitium æſtivum conſtet fieri. Certe vel hæc vel Pliniana interpretatio, qvin verior ſit, vix dubitaverim. HERODOTUM a PLINIO ſi mihi fruſtra non citatum dederis, ſatis habebo.

Τȣτέων ὧν πέρι — τῶν ἄλλων ποταμῶν.) Hæc eſt illa paullo longioris periodi epanalepſis, qva plura evidentiæ cauſa repetita paucioribus complecti verbis ſolet.

Τὰ λεγόμενα *ea, qvæ ſermone celebrantur*.) Si vertas *qva dicuntur*, ſupervacuum hoc foret: nam poſterius qvoqve dicitur, qvod ſolus nullas efflat auras. Niſi malis τὰ λελεγμένα. At illud τὰ λεγόμενα ſi HERODOTUS ſcripſerit, facilius hoc ſciolus qvidam ſenſum non intelligens in τὰ λελεγμένα mutaverit. Sin hoc habuerit Autor, qvì cui venerit in mentem hoc in τὰ λεγόμενα mutare, neſcio. Qvare ceu genuinum τὸ τὰ λεγόμενα præfero.

Cap. XX. Ἔλεξαν τριφασίας ὁδȣ̀ς· *triplicem diſſerendi viam ingresſi ſunt*.) Subint. præp. κατὰ. Nec enim τριφασίας ὁδȣ̀ς nominis verbo ἔλεξαν objecti caſus pasſivus eſt. Adeoqve *vias* ɔ: *rationes* verto, non *opiniones*, qvanqvam in N. T. ὁδὸς ſectam hominum, qvi certas fovent ſententias, ſignificat. Nam ut dicam, qvod res eſt, ibi qvoqve proprie *certam diſſerendi docendiqve viam, certam diſciplinæ rationem ſignificat*.

Ἐτησίας ἀνέμȣς ἐιναι αἰτίȣς.) *Thaletis* Mileſii hæc fuit, qvam noſter tangit, Sententia. Vid. DIOD. SIC. L. I. c. 38. Hos ventos tamen anniverſarios ſeptentrionales in Ægypto per æſtatem ſpirantes alii aliter ceu incrementi cauſas conſiderant. PLIN. L. V. cap. 9. *Cauſas hujus incrementi prodidere imbres Æthiopiæ æſtivos*,

vos, iisdem Eteſiis nubila illo ferentibus e reliqvo orbe. P. Mela. L. I. cap. 9. *Creſcit Nilus, qvod per ea tempora flantes Eteſiæ actas a ſeptentrione in Meridiem nubes ſuper principia ejus præcipitant.* Pluche *Hiſt. de Ciel.* P. I. p. 34. ed. prim. habet, qvod latine ſic reddidit Jablonskius: *Ex plurium annorum experientia obſervaverant Ægyptii incrementa Nili ſemper præcedere Eteſias, qvæ, dum ſol cancrum tranſit, a Septentrione verſus meridiem flantes, nubes in Æthiopiam, unde Nilus oritur, protrudebant, ibiqve in unum cogebant, unde pluviæ eliciebantur copioſiſſimæ, qvæ fluvium vehementer augebant, eoqve in Ægyptum ſummam abundantiam invehebant, etiamſi pluvia nulla irrigaretur.* Hanc ſententiam tamen, qvæ jam olim Democriti fuit, in falſis repudiavit Diodorus Siculus L. I. cap. 39.

Cap. XXI. Ἡ δ' ἑτέρη ἀνεπιστημονεστέρη μέν ἐστι τῆς λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἰπεῖν θαυμασιωτέρη.) Diſtingvo ſic, idemqve verto: *Altera vero illâ jam primo commemoratâ cum indoctior eſt, tum dictu mirabilior.*

Cap. XXII. Ἡ δὲ τρίτη — ἔψευσται.) Vid. *Spic.* II. Hæc autem Anaxagoræ Phyſici, &, qvi hunc præceptorem ſuum ſeqvitur, Euripidis Tragici ſententia fuit. Vid. Diod. Sic. L. I. c. 38.

Ὅτι ἄνομβρος ἡ χώρη.) Fallit Herodotus, ipſe deceptus, ſi verum ſit, qvod hodie fatentur omnes & apud Diodorum Siculum his verbis teſtatur Agatarchides Cnidius, L. I. c. 41. καθ' ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ὄρεσι γίνεσθαι συνεχεῖς ὄμβρους (Vide Not. P. Wessel. ad hæc verba) ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς μετοπωρινῆς ἰσημερίας· εὐλόγως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι, τὴν κατὰ φύσιν ἔχοντα ῥύσιν ἀπὸ μόνων τῶν πηγῶν· κατὰ δὲ τὸ θέρος διὰ τοὺς ἐκχεομένους ὄμβρους λαμβάνειν τὴν αὔξησιν.

 Idem-

Idemqve confirmat ad HOM. OD. IV. his verbis EUSTATHIUS: *ἐκ τῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ γινομένων θέρους σφοδρῶν ὑετῶν πληροῦται Νεῖλος, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Εὔδοξός φασι, λέγοντες πεπύσθαι τοῦτο ἀπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ Ἱερέων.* De EUDOXO novimus, teſte STRABONE, qvod per annos 30 ſacerdotibus in Ægypto familiariter uſus ſit, eorumqve diſciplina imbutus fuerit. A præceptore ſuo PLATONE, qvi cum EUDOXO ſacerdotes in Ægypto audivit, ARISTOTELES id videtur accepiſſe. Unde certe mirum, qvod HERODOTUS ab iisdem hac de re nihil, ut ipſe ſupra dixit, percipere potuerit.

Ὕσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι.) Qvæ tandem, qvæſo, illa foret intra qvinqve dies pluendi necesſitas? TAN. FABRI L. I. Ep. 70. correctionem, *ἐν τισιν ἡμέρῃσιν*, GRONOVIUS, ut ſolet, explodens "non enim, inqvit, magis plueret intra aliqvot dies, qvam intra aliqvot noctes." Me tamen non tam hoc offendit, qvam illa inter has duas lectiones disſimilitudo, *ἐν πέντε* & *ἔν τισιν*, propter qvam ex una vix altera naſci potuiſſe videtur. Similiorem qvidem & eatenus probabiliorem lectionem, ſed exploſa vix veriorem hanc dedit ipſe GRONOVIUS, *ἐν παντὶ ἢ μέρεσι*, *in tota regione aut in partibus.* Qvis, qvæſo, dubitaret, qvando pluit, qvin vel tota regio, vel aliqvæ ſaltim ejus partes pluviâ perfunderentur? Sed qvorſum illa disjunctio notanda veniret, neſcio. Qvid ergo? An cum WESSELINGIO potius opinabimur, coeli habitum & clima, ſub qvo Scriptor aut Halicarnasſi aut Thurii vitam transegit, paucis poſt nivem diebus pluvioſum fuiſſe? Qvodſi cui minus placeat, videat ille, an hac noſtra correctione, *ὕσαι ἄν ποτε ἐν μέρεσι*, *ut aliqvando vicisſim plueret*, ſatisfactum ſibi ſentiat: qvæ correctio nec litterarum disſimilitudine ab illa lectione *ἐν πέντε ἡμέρῃσι* multum abludit.

Cap. XXIII. *Ποταμὸν Ὠκεανόν.*) Cur ad illum ab HOM. IL. ξ v. 245. fictum fluvium *Oceanum* HERO-

DOTUS

dotus hæc retulerit, non intelligo. Nam ex *Oceano mari*, ἀπὸ τȣ̃ περιῤῥέοντος τὴν οἰκȣμένην Ὠκεανȣ̃, Diod. Sic. L. I. c. 37. non ex Homerico fluvio amnis incrementa illi ſupra c. 21. derivaſſe videntur.

Cap. XXIV. Αυτὸν περὶ τῶν ἀφανέων ἀποδέξασθαι.) Vocem γνώμην a Wesselingio & Reizio neſcio qva de cauſa omiſſam e textu Gronoviano reſtituit Cl. Kallius. Vix ἀποδέξασθαι ſine voce γνώμην reperies, ſed h. l. forte ſupervacuam judicarunt illi, qvod jam præcedit γνώμας. Certe ſi qvid repeti deberet, meis qvidem auribus conſonum magis fuiſſet τὸ, τὴν ἐμὴν ἀποδέξασθαι, qvam illud τὴν γνώμην ἀποδέξασθαι, cum facillime verbo ſubintelligi poſſet, nec adeo neceſſaria foret repetitio.

Cap. XXV. Τοῦτον τὸν χρονον οἰκότως — ἢ τȣ̃ θέρεος.) Cave hunc τȣ̃τον τὸν χρόνον referas ad proxime præcedens τȣ̃ δὲ θέρεος. Nec enim æſtivo tempore ὁ Νεῖλος ῥέει ἑωυτȣ̃ ὑποδεέστερος. Prohibet etiam ſeqvens τὸ, ἢ τȣ̃ θερεος, & τότε μὲν γὰρ, qvod æſtatem reſpicit, & τὸν δὲ χειμῶνα μȣ̃νος πιέζεται, qvod idem eſt ac illud τȣ̃τον τὸν χρόνον εωυτȣ̃ ὑποδεέστερος ῥέει. Qvare *hoc tempus* omnino referendum eſt illud hybernum tempus, qvo cæteri fluvii τέως μὲν ῥεȣ̃σι μεγάλοι. Qvodſi ἐκεῖνον τὸν χρόνον ſcripſiſſet Herodotus, addubitari hæc relatio non potuiſſet.

Ὅυτω τὸν ἥλιον νενόμικα τȣ́των αἴτιον εἶναι.) Futilem hanc Herodoti ratiocinationem rectisſime ſic interpretatus eſt idemqve refutavit Diodorus L. I. c. 38. Ἡρόδοτος δὲ φησι τον Νεῖλον εἶναι μὲν φύσει τηλικȣ̃τον, ἡλίκος γίνεται κατὰ τὴν πλήρωσιν, ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τὸν ἥλιον κατὰ τὴν Λιβύην φερόμενον ἐπισπᾶσθαι πρὸς ἑαυτὸν πολλὴν ὑγρασίαν ἐκ τȣ̃ Νείλȣ· καὶ διὰ τȣ̃το περὶ τȣ̀ς καιρȣ̀ς τȣτȣ̀ς παρὰ φύσιν ἐλάττονα γίνεσθαι τὸν ποταμον· τȣ̃ δὲ θέρȣς ἐπιστάντος ἀποχω-

ρεῦντα τῇ φορᾷ τὸν ἥλιον πρὸς τὰς ἀρκτὰς ἀναξηραίνειν καὶ ταπεινοῦν τούς τε περὶ τὴν Ἑλλάδα ποταμοὺς καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἄλλην χώρην τὴν ὁμοίως ἐκείνῃ κειμένην· οὐκέτι οὖν εἶναι παράδοξον τὸ γινόμενον περὶ τὸν Νεῖλον· οὐ γὰρ ἐν τοῖς καύμασι αὔξεσθαι, κατὰ τὸν χειμῶνα δὲ ταπεινοῦσθαι διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν. HERODOTO opponit DIODORUS, qvod ſimiliter, ſi vera hæc ratio eſſet, cæteros Libyæ fluvios Solem oporteret deminuere, neqve cæteri per hyemem fluvii ob longinqvum Solis receſſum, ſed decidentium pluviarum crebritatem, incrementa capiant.

Cap. XXVI. Αἴτιος δὲ ωὑτὸς οὗτος —— καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν εἶναι.) Subintellige τοῦ ante τὸν ἠέρα ξηρὸν εἶναι. Nam genitivum poſtulat nomen αἴτιος, qvod antecedit, ut τοῦ εἶναι idem ſit, ac ſi ſcripſiſſet, καὶ ὅτι ὁ ἠὲρ ξηρὸς ἐστί.

Ὁ ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος — ᾔιε ἂν τὰ ἄνω τῆς Ευρώπης. Et ſic infra mox, διεξιόντα δ' ἂν μιν — ἔλπομαι ποιέειν ἄν.) Notetur in his repetita particula ἂν, qvæ ſic apud Autores freqventisſime eadem in periodo duplex ponitur, ubi ſimpliciter poſita ſnfficeret.

Cap. XXVIII. Οὕτω μὲν δὴ ὁ γραμματιστὴς — ἐς βυσσὸν ἰέναι.) Vid. *Spic.* II. — Cæterum alia diſtinctione poſita, copula qvam deſidero, qvamqve verſione ſupplendam illi cenſuere, non deerit, ſi ſimul obſerves, ἅτε & οἷα & ſine & cum δὲ v. δὴ genitivis conſeqventiæ ſolere ſic adjung,i ut ſupra c. 25. ἅτε αἰθρίου ἐόντος τοῦ ἀέρος. Qvare poſita poſt παλιρροίην diſtinctione, δὲ in οἷα δὲ copulæ vim ex mente Autoris habere poteſt, & totus ille locus hoc ſenſu verti: *unde mihi venit in mentem ſuſpicio, vortices qvosdam validos & aqvarum refluxum illic eſſe, neqve poſſe, inſultante qvippe montibus aqva, demiſſum ad explorandum funem ad fundum pertingere.*

Cap.

Cap. XXIX. Αλλὰ τοσόνδε — ἱςορέων.) Vid. *Spic.* II.

Cap. XXX. Ετι δὲ ἐπ' — καὶ ἐν Δάφνῃσι.) Hæc verba parentheſeos ſignis includi debent, utpote qvibus interrupta ſit illa, qvam de cauſa defectionis Au tomolorum inſtituerat, narratio.

Καὶ σφέας θεὲς πατρώες ἀπολιπεῖν ἐκ ἔα, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας.) Vetat lex, dicirurqve ἐκ ἐᾷν apud Isæum ac Demosthenem. Sed apud Herodotum, notante Walkenario, ἐκ ἐᾷν nuspiam eſt imperantis, at mitibus verbis *diſſvadentis*. Hoc in loco fugitivos Psammeticus adſecutus *multis verbis obſecrabat, Deosqve Penates, liberos, uxoresqve* (ἀπολιπεῖν ἐκ ἔα) *deſerere dehortabatur*. L. v. 96. atqve alibi ter qvaterve recurrit illud eodem ſemper molliori ſignificatu: qvem allatis e Xenophonte & Thucydide pluribus locis apud Wesselingium probavit Walkenarius.

Cap. XXXII. Τὸ δὲ ἔθνος τἔτο — ἐκ ἐπὶ πολλόν.) Parentheſis, qva ipſius Autoris verbis interrupta eſt Etearchi regis de Naſamonibus narratio, & præcedentium epanalepſis hoc eſt, ἀπικομένες δὲ τὲς Νασαμῶνας.

Απικομένες δὲ τὲς Νασαμῶνας, καὶ εἰρωτεωμένες, εἴ τι ἔχεσι πλέον λέγειν περὶ τῶν ἐρήμων τῆς Λιβύης, φάναι παρὰ σφίσι γενέσθαι ἀνδρῶν δυναςέων παῖδας ὑβριςὰς — τῶν τὰ μακρότατα ἰδομένων· (τῆς γὰρ Λιβύης — — καὶ ἔρημος πάντων) εἰπεῖν ὦν τὲς νεηνίας κτλ.) Totum hunc locum cum longiori parentheſi, qvæ per chorographicam Autoris deſcriptionem Naſamonum coram Etearcho rege narrationem abrupit, ſic diſtingvo, conſtruo, lego. Sine ulla tamen parentheſeos notatione, poſt ἔρημος πάντων, qvo finita eſt Herodoti μεταξυλογία, Wesselingius pro

εἶπον

εἶπον ὢν vel εἰπεῖν ὢν,. rectius legi putat ἐπεὶ ὢν. Me judice, εἰπεῖν ὢν τοὺς νεηνίας ἀποπεμπομένους ὑπὸ τῶν ἡλίκων, illorum, φάναι, ἀποκληρῶσαι πέντε ἑωυτῶν ὀψομένους τὰ ἔρημα τῆς Λιβύης, qvæ notatam a me parentheſin antecedunt, epanalepſis eſt. Loca qvæ citat WESSELINGIUS L. IV. 10. VII. 3. 150. non ſimilia ſunt, ut in qvibus omnibus ἐπεὶ cum infinito eſt nota protaſeos & antecedentis propoſitionis, cui reſpondet conſeqvens, & ſic freqventer ἐπεὶ apud noſtrum infinitivum adſciſcit pro indicativo. At hic ἐπεὶ prorſus abundaret, nec ullam utiqve vertendo ſubjungunt apodoſin. Talem autem abundantiam particulæ vix ullo exemplo probaveris. Lectionem tamen ἐπεὶ nonnihil juvabit, ſi conſeqventem propoſitionem ſtatuas ταύτην δὲ διεξελθόντας — ἀπικέσθαι, & ſic vertas: *hos juvenes igitur, cum primum per habitatam regionem pergerent, hanc deinde permenſos — perveniſſe.* Sed nec ita vertunt, nec apta foret conſtructio, nec ſine alia abundantia particulæ δὲ ſic connecti poſſet oratio. Qvare lectionem εἰπεῖν ὢν genuinam cenſeo, atqve etiam illi εἶπον ὢν, qvam adoptavit REITZIUS, præferendam, qvod ut in epanalepſi τῷ φάναι ſubſtituta foret.

Cap. XXXIII. Τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος ἐς θάλασσαν ῥέων τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου διὰ πάσης Εὐρώπης, τῇ Ἰστριηνοὶ Μιλησίων οἰκέουσι ἄποικοι.) In his disjuncta verba ῥέων — διὰ πάσης Εὐρώπης WALKENARIO viſa ſunt orationis HERODOTEÆ lenem curſum impedire. Certe διὰ πάσης Εὐρώπης, τῇ parum apta compoſitio eſt, qvâ qvidem offenſum credo WALKENARIUM. Et repeti poterant, ut ait idem, e L. IV. c. 49. Sed poſſunt etiam HERODOTEO calamo hoc ordine excidiſſe. Nec enim Autori ſemper aptisſima ſe verborum offert poſitio, qvæ hoc loco fuiſſet: τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος, ῥέων διὰ πάσης Εὐρώπης, ἐς θάλασσαν τὴν

τϰ̃ Εὐξείνϰ πόντϰ, τῇ Ἰστριηνοὶ &c. Nam verba ceu plane ſpuria cum Reizio qvis audebit improbare? Pro Ἰστριηνοὶ tamen haud abſurde Ἰστρίην οἱ, nec audacter, idem in textum admiſit. Ceterum falſum Walkenarium, audacem etiam Reizium hæc diſtinctio, ni fallor ego, demonſtrabit: τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος, ἐς θάλασσαν ῥέων τὴν τϰ̃ Εὐξείνϰ πόντϰ διὰ πάσης Εὐρώπης, τῇ Ἰστρίην οἱ Μιλησιών οἰκέϰσι ἄποικοι. Ita ſi τῇ ad τελευτᾷ referatur, aptius conſtrui periodus vix poterat, neqve, qvo qvis offendi poſſit, video.

Cap. XXXIV. Οὕτω τὸν Νεῖλον δοκέω διὰ πάσης τῆς Λιβύης διεξιόντα ἐξισϰ̃σθαι τῷ Ἴστρῳ.) Hoc loco deniqve tanqvam ex inſtituta comparatione pro relicto habendum repetit, qvod Cap. 33. propoſuerat, καὶ τῷ Ἴστρῳ (ὁ Νεῖλος) ἐκ τῶν ἴσων μέτρων ὁρμᾶται. Comparatio autem, qva Nilum cum Danubio profluentem æqvo curſu exhibet, notante Walkenario, hæc eſt. "Nilus ab occidente profluens μέσην τάμνει Λιβύην: Iſter itidem ab occidente profluens μέσην σχίζει τὴν Εὐρώπην. Iſter τελευτᾷ ἐς θάλασσαν τὴν τϰ̃ Εὐξείνϰ πόντϰ· Nilus ἐκδιδοῖ ἐς Αἴγυπτον. Jam Ægypto, ceu termino orientali, ad qvem ab occidente Libyam pervadens Nilus pertingit, qvam deinde mutato curſu mediam ſecans in mare ſe effundit, objectus reſpondet ille locus, qvo ſe Danubius in Pontum Euxinum exonerat. Tandem e dictis concludit, οὕτω τὸν Νεῖλον δοκέω —— ἐξισϰ̃σθαι τῷ Ἴστρῳ."

Ἀντίη κέεται cum genitivo & paulo infra ἀντίον κέεσθαι cum dativo: cujus duplicis conſtructionis, de qva nimis argutatus eſt Gronovius, exempla plura in Lexico ſuo recenſuit Æmyl. Portus.

Cap. XXXVI. Τϰ̀ς μάλιστα ἱκνέεται) ſc. τὸ κῆδος. Cum præpoſitione tamen Herodotus ſcripſiſſe videtur, ἐς τϰ̀ς μάλιστα ἱκνέεται, ſicut Libr. VI. c. 57. ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν ſc. τὴν παρθένον. D Cap.

Cap. XXXVIII.) Τὰς δὲ βᾶς τὰς Ἔρσενας.) Vid. *Spic.* II. Qvod autem ad illam verbi νομίζειν cum infinito εἶναι conſtructi ſignificationem attinet, qvam ibi pag. 14. retulimus, plura ſimilia in qvibus cum aliis infinitis verbis eodem ſenſu hoc verbum conſtruitur, Æmilianum Lexicon exhibet: qvalia ſunt, νομίζεσι θυσίας ἔρδειν, ἐκείνην τὴν ἡμέρην τιμᾶν νομίζεσι, τῦτο νενομίκασι ποιέειν, νηὰς ποιέειν ὰ νομίζεσι, γυναῖκας πολλὰς ἔχειν νομίζοντες.

Cap. XXXIX.) Κεφαλῇ δὲ κείνῃ.) Vid. *Spic.* II.

Cap. XL.) Επὴν πρoνηςεύσωσι τῇ Ἴσι, καὶ ἐπὴν κατεύξωνται, θύεσι τὸν βῦν· καὶ ἀποδείραντες κοιλίην μὲν ἐκείνην πᾶσαν ἐξ ὧν εἷλον·) Pro his in textum Gronovius ex Ms. *Medic.* hæc admiſit: ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὸν βῦν κατευξάμενοι, κοιλίην — εἷλον. Sed plurium *Codd.* juſſu ſuum in locum illa reſtituit Wesselingius, & rectisſime " ſignificat *noſter*, inqvit, maximam ſe deam & maximum ejus feſtum deſcripturum: habent utrumqve ſuam in poſſesſionem reſtituta; qvæ ſi auferas cum *Medic.*, ex parte ſermo truncus incedit.„ Inter alia, qvæ levioris momenti ſunt, urget Gronovius, " bis ſine cauſſa idem dici repetiqve brevi intervallo, πρoνηςεύσαντες δὲ θύεσι. „ Nec in eo tamen injurius eſt Gronovius, qvod hac repetitione offenſum ſe dixit. Wesselingius inſtat: " atqvi de Ægyptiorum circumciſione, ut uno tantum utar exemplo, iteratio ſimilis C. 36. 37. „ Me judice, non tam debuiſſet una repetitio altera defendi, qvam oſtendi potius, in utraqve nullum ineſſe vitium. Cap. 36. circumciſionis ritum, & 37. ejus cauſam, qvam ſc. Ægyptii afferebant, commemorat. Adeoqve nec ſine cauſa circumciſionis verbum, nec eandem rem repetit Autor. Ita hic repetitio, niſi ſit in vitio, defendi ratione debet. Nullam agnovit certe Gronovius, nam alias repetitione

petitione non offenſus fuiſſet. Nullam affert Wesselingius, ſed exemplum exemplo excuſat, & fruſtra qvidem, ſi utrumqve ſit in vitio. Me judice, ritum antecedentem, ut qvem in univerſum, neqve tantum in illo ſingulari ſacrificio ſupra commemorato, obſervant, ideo repetit, ut deinceps ad illum tam comitantem qvam conſeqventem Iſiacorum ſacrificiorum ritum adjungeret, & ſic triplicem uno loco, antecedentem, comitantem, conſeqventem, ab ipſa qvidem Sacrificii cæremonia diverſum, ſed ad eam tamen pertinentem ritum commemoraret. Id vel inde haud forte ſine probabili qvadam ratione colligo, qvod non jam tanqvam de ſingulari qvodam ſacrificio, καιομένȣ δὲ τȣ̃ Ἱρȣ̃, ſed καιομένων δὲ τῶν ἱρῶν ceu de pluribus & in univerſum Iſiacis omnibus victimis loqvitur. Triplex hic ritus eſt, προνηςεύσαντες, τύπτονται πάντες, δαῖτα προτίθενται. Ita textus habeat, qvod ipſi Wesselingius reſtituit, vendicant plures Codices, ſed & abſit etiam, qvo cum Gronovio haud immerito qvisqvam offendi poſſit. In hunc ſenſum ego locum ſic verto: *Nec unqvam, niſi peracto ante jejunio, ad immolandum accedunt: ardentibus autem victimis, omnes plangendo ſe luctum inſtituunt: ubi deniqve ſatis ſe planxerint, apparatas ex reliqviis victimarum epulas proponunt.*

Τύπτονται πάντες.) Vid. *Spic.* II. & conferantur, qvæ in hoc *Spic.* III. ad cap. 42. 61. 132. plura notavi.

Cap. XLI. Τȣ̀ς μὲν νῦν καθαρȣ̀ς βȣ̃ς τȣ̀ς ἔρσενας.) Cur adjectum h. l. ſit τὸ καθαρȣ̀ς. Vid. *Spic.* II. ad Cap. 38. p. 15.

Ἀλλὰ ἱραὶ εισι τῆς Ἴσιος.) Qvod ἱραὶ h. l. idem valeat qvod ανειμέναι vid. *Spic.* II. ad Cap. 38. p. 15. & vox ἀνειμέναι qvid valeat, ibidem p. 16. coll. *Onom. gr. ſacr.* pag. 109. n. ✱ ad vocem Ἱερὸν. Sic & infra Cap. 42. τȣ̀ς κριȣ̀ς ȣ̓ θύȣσι Θηβαῖοι, ἀλλ' εισί σφι ἱροὶ διὰ τȣ̃το.

 Τῶν

Τῶν εἵνεκα.) Hoc refero ad totum, qvod ab initio capitis antecedit, propterea ſcilicet hæc abominantur, qvæ recenſuit intra, qvod & impuris maribus & ſacris fœminis bobus Græci veſcerentur.

Τὸ κέρας τὸ ἕτερον ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπερέχοντα.) Potuiſſet, notante WESSELINGIO, ὑπερέχοντας vulgatiore ſtructura ſic ſcriptum eſſe, ut partic. caſu reſponderet τῷ, τὰς δὲ ἔρσενας, qvod antecedit. Sed accuſativorum conſeqventiæ pro genitivis, ut hic pro τοῦ κέρατος τοῦ ἑτέρου ἢ καὶ ἀμφοτέρων ὑπερεχόντων, exempla ſuppetunt bene multa. Sic Cap. 66. pro τούτων τῶν γινομένων recte noſtro reſtituit GRONOVIUS ταῦτα τὰ γινόμενα, & Cap. 48. νεῦον τὸ αἰδοῖον pro νεύοντος τοῦ αἰδοίου.

Cap. XLII. Ὅσοι δὲ τοῦ Μένδητος — οὗτοι δὲ.) Ne credas inanem hanc eſſe particulæ δὲ, qvalis videri ſolet, abundantiam, ſed emphaſios cauſa repetitam crede, & eandem ejus eſſe vim determinandi, qvalem haberet τὸ, οὗτοι δὴ, ſi ſcriptum fuiſſet, qvod valet, *hi qvidem*, cum inſigni & oppoſita diſtinctione ad illud referenda, qvod initium capitis habet, Ὅσοι μὲν δὴ. Sic certe particulæ δὲ & δὴ eandem ſæpe vim produnt, niſi deſcriptionis vitio ſemper δὲ pro δὴ ſubſtitutam dicas, & ſicut δὲ determinate diſtingvit pro δὴ, ſic δὴ ſæpe particulæ δὲ adverſativa vice fungitur.

Κριὸν ἐκδείραντα — ἀποταμόντα τοῦ κριοῦ.) Pro αὐτοῦ, ut infra Cap. 117. ὅτι Ὁμήρου pro ὅτι αὐτοῦ.

Φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες. *mediam inter utrosqve lingvam uſurpantes.*) Sicut Lib. I. c. 142. γλῶσσαν οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι. Plura, in qvibus cum infinitis verbis conſtruitur, vide ad Cap. 38.

Τύπτονται οἱ περὶ τὸ ἱρὸν ἅπαντες τὸν κριόν.) Vide qvæ notavi ad Cap. 40. in *Spic.* II. p. 17-19. qvibus h. l. ad interpretationem KALLIANAM confirmandam addi hoc qvoqve poteſt, qvod nulla ratio apparet hic,

cur

cur mactati arietis corpus verberarent Ægyptii, qvippe qvem & ſacrum haberent, & alias non mactaviſſent, niſi velut inviti memoriæ illius arietis, cujus ſibi pellem Jupiter induerat, conſervandæ gratia hanc victimam immolarent: ideoqve mactatum hircum ceu ſacrum animal eos luctu potius proſecutos eſſe, qvam verberaſſe, vero certe ſimillimum eſt.

Cap. XLIII. Ἐν δὲ δὴ καὶ τόδε.) Elliptica phraſis, qvam ſic ſupplet Ælianus *Var. hiſt.* XIV. 38. πολλὰ καὶ ἄλλα οἶδα, ἐν δὴ τοῖς καὶ τόδε pro ἐν δὴ τούτοις. Sic Noſter alibi III. 39. συχνὰς μὲν δὴ τῶν νήσων αἱρήκεε, πολλὰ δὲ καὶ τῆς ἠπείρου ἄστεα· ἐν δὲ δὴ καὶ Λεσβίους — εἷλε pro ἐν τούτοις δὲ δὴ καὶ Λεσβίους. V. 95. παντοῖα καὶ ἄλλα ἐγίνετο ἐν τῇσι μάχῃσι· ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς, συμβολῆς γενομένης — ἐκφεύγει. In his δὲ copulativum eſt, & reſpondet τῷ μὲν, δὴ vim unius in pluribus ſpecialiter vel ſingulariter determinandi habet. Verte: *cum alia multa mihi argumenta ſuppetunt, tum in his inſigne hoc eſt*, vel ita, *tum vero & hoc*, vel, *tum in his vel maxime hoc.*

Ὡς ἔλπομαί τε καὶ ἐμὴ γνώμη αἱρέει.) Amplius qvidqvam eſt, notante Wesselingio, ἡ ἐμὴ γνώμη αἱρέει, qvam ἔλπομαι, & ſententiam rationibus nixam exprimit, ſicuti λόγος αἱρέει, qvod ſanior ratio perſuadet, III. 45. IV. 127. qvare verto: *qvales eos & ſuſpicor fuiſſe, & idem haud ſine ratione cenſeo*, vel, *& judico etiam*, vel ut Cl. Kallius noſter, *ut credo & mea rationibus nixa fert ſententia*, niſi pro definitione magis placeret una vox *judicii*, vel unum *judicandi* verbum, & pro *credo*, qvod forte minus eſt *ſuſpicor*, ut ſic a *ſuſpicione* ad *judicium* aſcendat oratio.

Cap. XLIV. Λάμποντος τὰς νύκτας μέγαθος.) Si genuinum ſit hoc μέγαθος, non poteſt aliter qvam per μεγάλως *majorem in modum* explicari. Nam, pe-

 riiſſe

riſſe vocem τῶυτὸ, haud ſcio, an auſim certe ſuſpicari, qvippe qvæ ſuſpicio nulli, qvod ſcio, in mentem venerit.

Καὶ τῷ μὲν, ὡς ἀθανάτῳ, ὀλυμπίῳ δὲ ἐπωνυμίην, θύουσι· τῷ δὲ ἑτέρῳ ὡς ἥρωι ἐναγίζουσι.) De diverſa hac duorum verborum, θύειν & ἐναγίζειν, applicatione pro diverſa majorum Deorum Heroumqve dignitate, cum alias idem ſignificent, vide *Onomat. gr. ſacr.* pag. 108. n. **.

Cap. XLV. Χωρὶς ὑῶν.) " Miror eqvidem, verba ſunt WALKENARII, hoc uno in loco tradi, fas fuiſſe Ægyptiis ſues immolare, & tamen rerum Ægypti peritisſimis viris locum de menda non fuiſſe ſuſpectum. Lenisſima mutatione corrigi poterit οἰῶν, ut nullas mactaſſe pecudes dicantur præter oves, boves mares vitulosqve, & hos duntaxat, qvi ſolenni ritu fuerint explorati ſignoqve notati. In nomo tamen habitantes Thebano, οἰῶν ἀπεχόμενοι αἶγας θύουσι, Mendeſii contra, αἰγῶν ἀπεχόμενοι, οἶς θύουσι, uti ſcribit c. 42. Sed ſues abominati vulgo ne tangebant qvidem Ægyptii c. 47. uno tantum feſto die ὗς θύσαντες πατέονται τῶν κρεῶν· ἐν ἄλλῃ δὲ ἡμέρῃ οὐκ ἂν ἔτι γευσαίατο."

Καὶ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα ἡμῖν εἰποῦσι, καὶ παρὰ τῶν Θεῶν, καὶ παρὰ τῶν Ἡρώων εὐμενεία εἴη.) verto: *atqve de his qvidem hæc hactenus nobis bona Deorum Heroumqve cum gratia dicta ſint.* Plura videlicet, utpote μυστικώτερα, de Jove atqve Hercule referre ſe non auſum eſſe ſignificat.

Cap. XLVI. Αἰγυπτίων οἱ εἰρημένοι) ſc. οἱ Μενδήσιοι ſupra cap. 42. ubi, cum primum de Thebanis rationem reddiderit cur ovibus abſtinerent, & hac occaſione paullulum de HERCULE qvædam interferens ab inſtituto digreſſus ſit, nunc ad Mendeſios redit, oſtenſurus, cur illi contra capris atqve hircis abſtinentes oves immolarent atqve arietes. Ὅτευ

Ὅτευ δὲ εἵνεκα τοιοῦτον γράφουσι αὐτὸν, οὔ μοι ἡδιόν ἐστι λέγειν. Notetur aliud eſſe οὔ μοι ἡδιόν ἐστι, aliud, οὔ μοι ὁσιόν ἐστι λέγειν, & conferantur qvæ dicta ſunt ad cap. 3. de his οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι.

Ἐκ δὲ τούτων εἷς μάλιστα.) Ex paſtoribus, an capris? ex capris utiqve, qvod ex infra dictis patet, καλέεται δὲ ὅτε τράγος, non ex paſtoribus, qvem doctorum interpretum errorem rectisſime notavit WALKENARIUS.

Ἐγένετο δὲ — ἀνθρώπων ἀπίκετο.) Vid. *Spic.* II. pag. 19. ibiqve notatis hæc adde, qvæ ſeqvuntur. — In *Panth. Ægypt.* L. II. c. VII. §. 6. JABLONSKIUS, ubi *facultatis ſativæ genitivæ*qve, qvam univerſa natura prodit, MENDETEM Deum, ejusqve imaginem, vivum in templo Thmuitano ſ. Mendeſio hircum, ſymbolum fuiſſe docuit, hæc ſubjungit: „ qvis non perſpiciat, hanc eſſe rationem, qvod mulieres Mendeſiæ, etiam honeſtæ & pudicæ, hirco Deo ſuo tutelari, ſed adeo in Venerem prono, atqve foecunditatis omnis Auctori, corpora ſua ſummittere non vererentur, eumqve hac ſua patientia ſibi propitium reddere crederent, idqve etiam honori ſibi ducerent. Qvid enim religio prava & veſana non potuit ſuadere malorum? „ Turpisſimum hocce flagitium idem jam ante §. 4. Scriptorum teſtimoniis confirmatum ivit, de qvo fatetur ipſe, qvod credi profecto non poſſet, niſi id teſtarentur Scriptores optimi, qvorum fides in dubium vocari neqvit. In his teſtibus primum poſuit Poëtam PINDARUM, cujus tantum apud STRABONEM L. XVII. hæc verba citata leguntur, in qvibus, ubi de MENDETE urbe & NILO loqvitur, hæc addidit, αἰγίβατοι ὅθι τράγοι γυναιξὶ μίσγονται. Proximum a PINDARO teſtem advocat HERODOTUM in hoc noſtro loco, de cujus interpretatione vera hic agitur. PINDARUM qvidem, ipſo fatente JABLONSKIO, mendacii reum peragere conatus eſt ARISTIDES *Rhet.* in *Ægyptio* (p. 96. *Ed. gr. Florent.*)

ſed

ſed ex eo tantum, qvod in verſibus citatis MENDETEM urbem ad præcipitia maris locaverit, cum ſit mediterranea. Me judice hoc voluit ARISTIDES, potuiſſe PINDARUM, de locorum ſitu falſum, ipſa qvoqve illa de re turpisſima deceptum eſſe: qvam in dubium vocatam fuiſſe, ex eo certe conſtat, qvod PINDARI fidem ARISTIDES impugnat. Jam ad HERODOTUM qvod attinet, hic minime tanqvam de communi qvodam ac celebrato palam flagitio, ſed tanqvam de portentoſo ac ſingulari qvodam ejus exemplo loqvitur. Si ſolenne fuiſſet hoc atqve ſuperſtitionis errore a mulieribus vulgo ac ſine pudore admiſſum flagitium, cur tanqvam de tali tam altum apud noſtrum ſilentium eſſet? Cur hoc unico loco tanqvam portentum qvoddam ſingulare commemoraſſet, qvod palam cum muliere qvadam hircus coiverit? Qvid ergo? Rem ego qvidem longe aliam vel errore qvodam vel calumniatrice fama eo traductam eſſe credo, ut ſummittere ſe hirco mulieres Ægyptiacas vel creduli ſint opinati, vel mendaces finxerint. De tauro Memphitico, qvem APIN appellatum OSIRIDIS ſ. Solis ceu foecundantis cujusdam & frugiferi pariter ac prolifici Dei conſecratam imaginem habuerunt, hoc certe conſtat, qvod, dum in NILOPOLI per 40 dies ad Memphin deinde deducendus commorabatur, illius ad conſpectum ſolæ mulieres admiſſæ ſubductis coram eo veſtibus genitales partes oſtenderint: Vid. DIOD. SIC. L. I. c. 85. qvo qvidem, etſi parum pudico, religioſo tamen atqve ſymbolico ritu, ſuam ſine dubio foecunditatem ſe huic ſuo tutelari Deo in acceptis ferre, ſignificatum voluerint. Jam cum talem eundemqve forte prolificum Deum in hirco ſuo MENDESIO colerent, nonne vero ſimillimum eſt, ſimile qvid huicce ſuo hirco factitaſſe mulieres MENDESIAS, nec eo tamen turpitudinis progreſſas eſſe, ut eundem palam & velut ex ſolenni ritu admiſerint. Verum enimvero, ut in uno alterove plebejo pariter ac ſuperſtitione plenius

imbuto

imbuto animo, hæc interdum eximie ſedula videri cupit, eo tandem una qvædam mulier, accedente ad ſuperſtitionem vel illius ſibi ſpeciem induente ſalaci libidine, turpitudinis forte progreſſa eſt, ut vel inire ſe hircum paſſa ſit, idqve ſic forte factum, ut supervenientes homines adſpexerint. Jam, qvin communem illum atqve ſolennem ritum reſpexerit HERODOTUS, dum Hirci Mendeſii religioſum cultum paucisſimis ex inſtituto verbis commemorat, eqvidem nullus dubito, ſed ita tamen illum obliqve reſpexiſſe videtur, ut unicum ſaltim ceu portentoſum exemplum referat, in qvod palam progreſſa mulieris cujusdam ſuperſtitio fuerat. Certe de MENDETIS ſ. PANIS hircina figura ac ſuperſtitioſo cultu plura ſe ſcire, qvam commemorare velit, his verbis teſtatur: *ὅτευ δὲ εἵνεκα τοιοῦτον γράφουσι αὐτὸν* (ſc. *αἰγοπρόσωπον*) *οὔ μοι ἥδιόν ἐστι λέγειν.* Sin ritum illum ignoraverit noſter, hoc nihil obſtat tamen, qvin ad eundem commemoratum ab illo exemplum pertineat, ſed ut ſingulare qvoddam, & qvod certe ceu portentoſum non commemoraſſet, niſi pro tali habuiſſent Ægyptiorum ipſi illi, qvi hoc adſpexerint. Hinc certe, niſi totus fallor, ſuſpicari licet, unum alterumve hujusmodi exemplum a PINDARO per errorem ad communem morem eſſe traductum, niſi forte potius calumniatricem de illo ſolenni & per ſe qvidem ſatis turpi ritu famam ſecutus ſit. Poſtremus huc accedat tertius teſtis, ſed qvi nobis forte magis, qvam, a qvo citatur, JABLONSKIO favebit, PLUTARCHUS, cujus in GRYLLO ſuo Edit. REISK. Vol. X. p. 112. hæc ſunt: *ὁ Μενδήσιος ἐν Αἰγύπτῳ τράγος λέγεται πολλαῖς καὶ καλαῖς συνειργνύμενος γυναιξὶν, οὐκ εἶναι μίγνυσθαι πρόθυμος, ἀλλὰ πρὸς τὰς Αἶγας ἐπτόηται μᾶλλον.* Qvid ſi tantum in ſacellum ad illum hircum, ſicut ad APIN taurum, admiſſæ fuerint, non ut cum illo coirent ipſo facto, ſed ut illi vel pro foecunditate ſua ſe gratas exhiberent, vel eam ſibi ab ipſo ſupplices expeterent?

 terent?

terent? Certe de coitu PLUTARCHUS nullam aperte mentionem fecit, imo negat ad hunc proclivem hircum fuiſſe: ſed fecerit ſane, idemqve ſic rem intellexerit, ſic ex fama forte tamen, qvæ ritum illum eo traduxerat, non ex ipſa veritate rem commemorat, niſi in qvantum unum forte vel alterum, ut hoc ab HERODOTO commemoratum exemplum, famæ fidem, ut apud PINDARUM, ſic apud eum fecerit. Qvicqvid deniqve ſit, illius ceu ſolennis atqve communis turpiſſimi moris teſtis a JABLONSKIO fruſtra citatus eſt HERODOTUS. Sed de ſingulari tamen & portentoſo qvodam exemplo, in qvo, vel cum illo hirco vel cum alio qvousqve turpitudinis progreſſa ſit illa ſuperſtitio, perſpicitur, nobis idoneus teſtis erit, neqve nunc amplius eum tanqvam de alia qvadam & ab illo ritu MENDETISqve cultu aliena & ex ſola libidine profecta turpi conſvetudine loqventem intelligo. Sin communem omnino conſvetudinis ritum hic ab illo ſubindicatum velis, reſtat, ut dicamus, illum ſemper clam eſſe peractum, ſed a noſtro tanqvam *τέρας* qvoddam ideo deſcriptum, qvod illius hoc unum exemplum *ἀναφανδὸν ἐγένετο* & *ἐς ἐπίδεξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο.* De loco parum honeſto, ſed illuſtrando tamen, *τοσαῦτα ἐιπόντι μοι ἐυμένεια ἔιη.*

Cap. XLVII. *Ἔςι μὲν λόγος περὶ ἀυτȣ̃ ὑπ' Αἰγυπτίων λεγόμενος· ἐμοὶ μέντοι ἐπιςαμένῳ ὀυκ ἐυπρεπέςερός ἐςι λέγεσθαι.*) In his primum hoc *μέντοι* pro *δὲ* reſpondet ex adverſo illi, qvod antecedit, *τῷ μὲν* conceſſivo, ſicut *qvamvis* & *tamen*. Cæterum de phraſi *ȣ̉κ ἐυπρεπέςερος ἐςι λέγεσθαι* idem videtur eſſe notandum, qvod in cap. 46. ad illam, *ȣ̎ μοι ἥδιόν ἐςι*, monendum cenſui, & conferri ſimul volo, qvæ ad cap. 3. hac de re plura dixi.

Cap. XLVIII. *Τῆς ὁρτῆς τῇ δορπίῃ.*) *Δορπία* Dies ille feſti dicitur, qvo ſolennem cænam conviva-

lem

lem feſto Ἀπατȣρίων, qvod itidem in *Bacchi* honorem agitabatur, Athenienſes curiatim inſtituebant. Vid. *Onom. gr. ſacr.* pag. 132.

Νεῦον τὸ αἰδοῖον) pro νεύοντες τȣ̃ αἰδοίȣ. Vide qvod hac de re jam notavi ad Capitis 41. hæc verba, τὸ κέρας — ὑπερέχοντα. Simile dabit exemplum cap. 45. ἔτι δ' ἕνα ἐόντα τὸν Ἡρακλέα, καὶ ἔτι ἄνθρωπον, κῶς φύσιν ἔχει; in qvo notanda qvoqve venit græca ſyntaxis, qvæ, qvamvis idem ſubjectum ſit participio ac ſeqventi verbo, ut hic, genitivorum tamen vel accuſativorum conſeqventiæ conſtructionem amat, ſecus qvam latina, qvæ rarisſime græcismum hunc audet imitari.

Ἔςι λόγος περὶ αὐτȣ̃ ἱρὸς λεγόμενος.). Qvem proinde hic procul dubio ceu μυςικώτερον non auſus eſt referre, utpote qvem ȣ̓κ ὅσιον ἦν αὐτῷ λέγεσθαι, cujusqve notitiam ſibi reſervaverant Sacerdotes Ægyptii, neqve eam populari lingva divulgari pasſi ſunt.

Cap. XLIX. Ἤδη ὦν.) Particula ὦν minime h. l. vel adverſativa vel tantum continuandi porro ſermonis nota eſt, ſed illativa vis ejus eſt, qvam ex Ægyptiaci Græciqve feſti atqve ſacrificii ſimilitudine concludendo prodit. Ἤδη valet *jam tum* ſc. *ſua ætate.*

Ἐγὼ μὲν νύν φημι — ἢ ἄλλȣ κȣ́ τι νόμαιον.) Vid. *Spic.* II. p. 20.

Cap. L. Λέγω δὴ *nempe dico.*) Ita part. δὴ ſæpe, qvemadmodum & δὲ, vim explicandi prodit, qvum per *nempe, ſcilicet, inqvam,* prout per contextum commodius posſit, reddi debet.

Cap. LII.) Vid. *Spic.* II.

Cap. LIII.) Πρώην καὶ χθὲς.) Vid. *Spic.* II. Simili proverbiali formula uſus eſt Plato de LL. III. p. 677. D.

 ὡς

ὡς ἔπος εἰπεῖν χθὲς καὶ πρώην γεγονότα. Josephus adv. *Ap.* I. 2. παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἅπαντα νέα, καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴποι τις, εὑρήσεις γεγονότα. Diodorus Sic. L. II. c. 5. εἰ γάρ τις, ἀφεὶς τὴν ἐπὶ Σκύθας Δαρείȣ στρατείαν, καὶ τὴν Ξέρξȣ διάβασιν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, τας χθὲς καὶ πρώην συντελεσθείσας πράξεις ἐπὶ τῆς Εὐρώπης σκέψαιτο. Ex qvo loco, phraſeos qvæ ſit vis, qvi ſenſus, per oppoſitam vetuſtiorem geſtarum rerum ætatem vel maxime luculenter apparet.

Καὶ τὰ μὲν πρῶτα — ἐγὼ λέγω.) Vid. *Spic.* II. pag. 28.

Cap. LVI. Ἔπειτα δȣλεύȣσαν αὐτόθι ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ πεφυκυίῃ Διὸς ἱρὸν (ὥσπερ ἦν οἰκος — χρηστήριον κατηγήσατο) ἐπεί τε συνέλαβε τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, φάναι δὲ οἱ ἀδελφεὴν ἐν Λιβύῃ πεπρῆσθαι.) Sic diſtingvi debere hunc locum exiſtimo, ut in parentheſi primo rationem adferat probabilem, cur ibi Jovis templum condiderit, deinde moneat, non eodem mox, ſed ſubſeqventis inde poſt temporis intervallum inſtitutum ab ea eſſe oraculum. His interrupta oratio, qvæ tota per infinita, πρηθῆναι, ἱδρύσασθαι, φάναι, pendet ab illo δοκέει ἐμοὶ ἡ γυνὴ αὐτή. Ita, cur κατηγήσατο ſcripſerit, non κατηγήσασθαι, qvod alias debuiſſet, apparet. Δὲ vero in φάναι δὲ, particula, qvæ alias videretur abundans, minime talis eſt, ſed idem hoc valet, qvod φάναι δὴ, *tum demum dixiſſe.* Atqve ita non opus eſt, ut hæc ſuppleanus ſic, *dixiſſe eam probabile eſt.* Et falſo qvidem certe minus accurate apud Wesselingium ſic vertitur, ut φάναι δὲ pendere non minus apte videretur ab hoc ὥσπερ ἦν οἰκὸς, qvam ab illo δοκέει ἐμοὶ, qvum tamen dubio caret nexus hic poſterior, & inepte prorſus tum Herodotus finitum κατηγήσατο inter infinita duo ἔχειν & φάναι collocaſſet, qvæ conſtructionis anomalia, ſi ἱδρύσασθαι & φάναι reſpicias, me qvoqve movit, ut hoc verbum

verbum communi cum cæteris parentheſi insererem, ne ſine probabili ratione videatur orationis formam immutaſſe.

Cap. LVIII. *Πανηγύρις δὲ ἄρα καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς πρῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι.*) Vertunt: *ipſi certe Ægyptii primi extiterunt Auctores* &c. Sed *ἄρα* particulæ ſalva ſit illativa vis. Apud qvos nempe templa jam eſſent & oracula conſtituta, apud eos utiqve & feſtis coli Deos atqve pompis, & adiri conſulendos, neceſſe fuerit.

Cap. LXI. *Τὸν δὲ τύπτονται οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν.*) Vid *Spic.* II. ad cap. 40. ibiqve notata, qvo videas, qvam prorſus fruſtra non ſint a nobis copioſius dicta, ſcias velim, a Walkenario atqve Wesselingio falſum forte mecum videri poſſe Cl. Kallium noſtrum, qvi de luctu qvodam ſacro, & activo atqve reciproco ſenſu, hæc verba interpretati ſumus, certe ſi verus ſit Jablonskius, qvi verba *ἐπεὰν τύπτονται τὸν οὐκ ὀνομαζόμενον Θεὸν* in cap. 132. ad Typhonem Deum contumelioſis ab Ægyptiis verberibus cæſum refert in *Panth. Æg.* L. V. c. 11. §. 12. p. 72. Nam inde forte facile qvisqvam ſuſpicatus fuerit, eundem qvoqve ritum h. l. ſubindicatum eſſe. Sed idem ſuſpicaturo mihi contextus obſtat, & qvod a Plutarcho acceptum habemus de luctu, qvo caſum Osiridis ſui proſecuti ſunt Ægyptii, qvem in Isidis feſto lugeri potius, qvam Typhonem verberari, vero niſi ſimilius, certe non disſimilius erit. Et profecto, ſi de Deo qvodam verberato hic ſermo eſſet, ego me neſcire fateor, qvorſum referenda ſint, qvæ ſeqvuntur: *ὅσοι δὲ Καρῶν εἰσὶ ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες, οὗτοι δὲ τοσούτῳ ἔτι πλέω ποιεῦσι τούτων, ὅσῳ καὶ τὰ μέτωπα κόπτονται μαχαίρῃσι.* Nam ad verberatum Deum qvid attineret frontes concidi? Sin ſemetipſos illi verberaverint, hoc tanto plus ab his ſibi factum dici poteſt.

Cap. LXIV.) Vid. *Spic.* II.

Cap. LXV.) Vid. *Spic.* II.

Τῶν δὲ εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ ἱερά.) Articulum haud immerito ſuſpectum habent. HERODOTUM ſuo ſcribendi more dediſſe ſuſpicatur WALKENARIUS, qvod certe græcum magis eſt, ἀνεῖται ἱρὰ εἶναι, ſicut illud XENOPHONTIS de amabili ſuo ſeceſſu Scillunteo, ὁ χῶρος ἀνεῖται ἱερὸς εἶναι.

Cap. LXXVII.) Vid. *Spic.* II.

Cap. LXXIX.) Vid. *Spic.* II.

Cap. LXXXI.) Vid. *Spic.* II.

Ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Πυθαγορείοισι.) Hoc alias ita legitur, Ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι, καὶ Πυθαγορείοισι. Omiſſa GRONOVIUS textui ſubjecit, ſed qvicqvid argutetur ille, hoc usqve adeo non movit REIZIUM, qvin in textum omiſſa illa revocaverit. Haud dubie propter καλεομένοισι, qvod præcedit, hoc ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι neceſſarium nec ſine probabili ratione duxit, recteqve tum poſito commate diſtinxit ab eo, καὶ Πυθαγορείοισι.

Cap. LXXXVII.) Vid. *Spic.* II.

Cap. XCI. Εἰρομένου δὲ μευ, ὅτι σφι μούνοισι ἔωθε ὁ Περσεὺς ἐπιφαίνεσθαι, καὶ ὅτι κεχωρίδαται Αἰγυπτίων τῶν ἄλλων.) Hoc eum tantum in finem hic depono, ut exemplum habeas qvo probatum ſit, qvod dixi *Spic.* II. ad cap. 19. pag. 11. „ qvanqvam & interdum eam (part. ὅτι) ſumi pro διότι non nego. „

Cap.

Cap. XCII.) Vid. *Spic.* II.

Cap. XCIII.) Vid. *Spic.* II.

Cap. XCIX.) Vid. *Spic.* II.

Cap. C. *Τὴν ἔλεγον τιμωρέουσαν ἀδελφεῷ (τὸν Αἰγύπτιοι βασιλεύοντα σφέων ἀπέκτειναν, ἀποκτείναντες δὲ, οὕτω ἐκείνῃ ἀπέδοσαν τὴν βασιληΐην) τούτω τιμωρέουσαν πολλοὺς Αἰγυπτίων διαφθεῖραι δόλω.)* Hunc locum haud immerito ita cum parentheſi & perqvam familiari noſtro epanalepſi diſtinctum cupio, qvia cum hæc ſemper parentheſeos indicium eſt, tum hic Autor per finita verba *ἀπέκτειναν* & *ἀπέδοσαν* minus principalem, qvam inſeruit qvaſi ſuam narrationem, a principali de Regina Sacerdotum narratione diſtinxit. Qvanqvam enim a Sacerdotibus hæc omnia didiciſſet, alia tamen qvaſi ſuo, alia ſacerdotum nomine refert.

Ποιησαμένην γὰρ μιν οἴκημα περίμηκες, ὑπόγαιον, καινοῦν τῷ λόγῳ, νόῳ δὲ ἄλλα μηχανᾶσθαι.) Qvantam doctisſimis interpretibus moleſtiam creaverit inſolitum verbum *καινοῦν*, Walkenarii atqve Wesselingii notæ oſtendunt, qvorum hic tandem "fortaſſe, inqvit, invenietur, cui *καινὸν τῷ λόγῳ*, ſi color recepto conſtare non poterit, probabitur.„ Hunc ego me profiteor, idemqve perſvaſum habeo, *καινὸν* in *καινοῦν* a ſciolis qvibusdam mutatum eſſe, qvos offenderit particula *δὲ*, ut ipſis videretur, propter participialem conſtructionem ſuperflua, qvi proinde verbum aliqvod circumſpexerint, qvod ſine *δὲ* cum participio *ποιησαμένην* conſtrui poſſet. Sed vide qvæ copioſius de hoc ipſo loco ad c. 5. in hoc *Spic.* III. notavi, & qvidem de particula *δὲ*, qvæ præcedentem *μὲν* qvamvis non expreſſam cum inſigni oppoſitionis emphaſi reſpicit. Exemplum ſimillimum particulæ *δὲ*, ubi abeſſe poſſet, ibi tamen cum emphaſi qvadam expreſſæ Vide Rom.

Rom, XV. 19. 20. ὥστε με — — πεπληρωκέναι, οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, in qvo per particulam δὲ expreſſam ſignificat, qvod de ſua euangelii docendi ratione præcipue notandum voluit.

Cap. CI. Τῶν δὲ ἄλλων — λαμπρότητος.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CIV. Αὐτὸς δὲ εἴκασα τῶδε καὶ, ὅτι μελάγχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες· καὶ τοῦτο μὲν ἐς οὐδὲν ἀνήκει, εἰσὶ γὰρ καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι· ἀλλὰ τοῖσι δὴ καὶ μᾶλλον· *Ipſe vero ex hoc qvoqve conjectabam, qvod atro colore ſint & criſpo capillo: qvanqvam hoc qvidem ad nihilum redit, cum & alii hujuſcemodi ſint: verum vel inde certe magis* &c.) In his lego & diſtingvo τῶδε καὶ, ὅτι, pro τῇδε, καὶ ὅτι, ſicut & infra habet τοῖσι. Particula ἀλλὰ reſpicit præcedentem conceſſivam μὲν, cum adverſativa oppoſitione, qvod ni eſſet, & illa verba, καὶ τοῦτο μὲν — τοιοῦτοι, ceu parentheſin circumſcripſiſſem, & ἀλλὰ δὴ καὶ per *qvin etiam, immovero*, verti debuiſſet. Nunc vero ἀλλὰ ſuam *adverſandi*, δὴ *determinandi* vel *aſſeverandi*, καὶ *ſuperaddendi* vim prodit.

Cap. CXVI. Ἐς ὃ μετῆκε αὐτὸν.) Vallæ Latina hæc, *in qvem eum tranſiulit*, ceu incongrua notat Wesselingius, & verti mavult, *qvare enim miſſum fecit* ſive *neglexit*, provocans ad L. I. c. 115. me judice, fruſtra. Nam qvod ibi habetur, ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην, *donec poenas dedit*, verti commodiſſime poteſt, niſi debeat etiam. Ego certe ſuſpicari non deſino, ſcripſiſſe noſtrum ἐς ὃν μετῆκε & forte, pro μετῆκε, μετέθηκε, niſi μετῆκε dici eodem ſenſu poſſit.

Δῆλον δὲ — ἀπίκετο.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CXVII. Κατὰ ταῦτα δὲ — ἀλλ' ἄλλου τινος.) Vid. *Spic.* II.

Cap.

Cap. CXIX. *Λαβὼν δύο παιδία ἀνδρῶν ἐπιχωρίων, ἔντομα σφέα ἐποίησε· ſumtos enim duos pueros indigenarum qvorundam filios, mactatosqve ceu victimas immolavit.*) Qvod ita reddidit WALLA, *ſumptis exſectisqve, haruſpicinam fecit*, id ſceleroſum magis putat WESSELINGIUS, humanasqve victimas innui, qvippe qvæ religio, impia & horribilis, qvamvis in Ægypto ἀνόσιος eſſet ex Cap. 45. apud Græcos tamen non fuerit inſolita. VIRG. ÆN, II. 116. *Sangvine placaſtis ventos, & virgine cæſa, ſangvine qværendi reditus.* Similiter L. VII. 191. ἔντομα ποιεῦντες de placandis per humanas hoſtias ventis uſurpatum eſt. Sed EUSTATHIO teſte, qvem in Lexico ſuo citavit ÆMIL. PORTUS, ἔντομα καὶ τόμια dicebantur τὰ τοῖς νεκροῖς σφαγιοζόμενα, contra ἱερεῖα τὰ τοῖς Θεοῖς. Idemqve teſtatus Scholiaſtes Græcus ad APOLLONII ARGON. L. I. 28. inſuper hoc addidit: ἄλλοι δὲ, ἐντομά, φασιν, τοῖς τιθνεῶσιν ἐνάγιζον ὡς ἄγονα τοῖς ἀγόνοις· τοῖς δὲ οὐρανίοις Θεοῖς ἔνορχα ἔθυον. Qvid ſi utrumqve forte fecerit Menelaus, exſectosqve pueros immolaverit, ut ſibi qvoqve Deos manes his victimis redderet propitios?

Cap. CXX. *Αὐτοῦ δὲ Πριάμου οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ δύο ἢ τρεῖς, ἢ καὶ ἔτι πλείους τῶν παίδων μάχης γενομένης ἀπέθνησκον.*) Cave, τὸ, οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ, ſic intelligas, qvaſi duas negationes Autor vehementius negandi cauſa conjunxiſſet. Ἔστιν ὅτε valet *aliqvando*: ergo οὐκ ἔστιν ὅτε valet *nunqvam*: & οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ, ſi duæ negationes hic negarent vehementius, idem eſſet, qvod *nunqvam omnino*. Hæc autem ſic intenta negatio prorſus & menti Autoris & ipſi rei veritati repugnaret. Nam interdum utiqve voluit HERODOTUS duos aut tres filiorum Priami interfectos eſſe. De negationibus igitur conjunctis duabus tribusve hoc habe: ſi negatio unam eandemqve rem aut propoſitionem reſpicit, ſemper vehementius negant: ſin duplicem ac diverſam

verſam reſpicerent propoſitionem, utraqve negatio per ſe ſic negat, ut ſub his ſimul ſumtis negationibus revera lateat Latinorum affirmatio. Sed duplex hic reſpectus negativarum particularum ſæpe ſic latet in elliptica phraſi qvadam, ut niſi hæc ſuppleatur, neqveat perſpici. Ita h. l. ἔϛιν ὅτε valet ἔϛι χρόνος, ὅτε, *eſt tempus, qvando h. e. aliqvando:* ergo ȣ̓κ ἔϛιν ὅτε valet ȣ̓κ ἔϛι χρόνος, ὅτε, *non eſt tempus, qvando h. e. nunqvam.* Hic ergo præmiſſa negatio hanc propoſitionem negat ἔϛι χρόνος. Sin poſt ὅτε novam ſubjungas negationem ſic, ὅτε ȣ̓, hæc aliam propoſitionem ſubſeqventem reſpiciet, ut h. l. ὅτε ȣ̓ δύο ἢ τρεῖς ἀπέθνησκον. Atqve adeo hoc, *non eſt tempus, qvando non mortui ſunt,* affirmative valet, *ſemper mortui ſunt* v. *nunqvam non mortui ſunt.* Simillimum eſt, qvod ſic habet in *Panegyrico p. m.* 150. ISOCRATES: ȣ̓κ ἔϛιν, ὅπως ȣ̓χ ὁμονοήσομεν, *non eſt, qvomodo non conſentiemus;* qvod affirmative valet: *non fieri poteſt, qvin conſentiamus* v. *nullo non modo conſentiemus* q. e. *omnino, prorſus conſentiemus.* Sed verſione hac abuſus fueris, ſi exinde tibi formares exceptionem hanc: *duæ negationes apud Græcos etiam interdum affirmant.* Alio hanc rem exemplo ſic illuſtratam habe: ȣ̓κ ἦν, ὅσπερ ȣ̓κ ἔλεγε τȣ̃το καλῶς ἔχειν, *non erat, qvi non dicebat,* valet, *omnes dicebant* v. *nemo non dicebat, præclarum hoc eſſe.* Hic utiqve ſub duabus negativis particulis, ſed in ſeparatis propoſitionibus, latet affirmatio, qvæ latine per duas negativas particulas exprimi poteſt. Sin velis vehementius negantes Græce duas negationes, ſic ſcribe, ȣ̓κ ἦν ȣ̓δεὶς, ὅσπερ ȣ̓κ ἔλεγε, in qvo, ȣ̓κ — ȣ̓δεὶς, vehementius negans valet, *nemo prorſus,* qvia ȣ̓κ & ȣ̓δεὶς idem verbum ἦν & in eo eandem crypticam propoſitionem reſpicit. Qvæ negationis vehementia minime peribit, ſi alteram propoſitionem negativam cum illa copulabis: tunc, ȣ̓κ ἦν ȣ̓δεὶς, ὅσπερ ȣ̓κ ἔλεγεν, valebit, *omnes omnino dicebant* v. *nemo*

utiqve

utiqve non dixit. Hæc igitur copioſius, qvod & ipſe olim in talibus hæſerim, & hærere ſtudioſos alios φιλέλληνας poſſe, haud immerito ſuſpicatus fuerim. Qvod autem Gronovius voluit, ut, cum ἔστιν ὅτε valeat *interdum*, οὐκ ἔστιν ὅτε valeret *non interdum* ſic, ut contrarium affirmaret *ſæpius*, mihi prorſus nec viſum nec auditum unqvam eſt. Nam cum ἔστιν ὅτε ſimpliciter unum alterumve tempus ponit, οὐκ ἔστιν ὅτε, tempus omne negat & valet *nunqvam.* Qvare ex *Cod. Med.* ſic legiſſe ſe liqvide profeſſus οὐκ ἔστιν ὅτε ἢ δύο ἢ τρεῖς, hoc ita interpretatus eſt: *non interdum* i. e. *ſæpius duo aut tres.* Sed ingenue tamen ipſe prius οὐκ ſupprimi ſic poſſe confeſſus eſt, & ſane ſimplicius ſic Herodotus ἔστιν ὅτε ἢ δύο ἢ τρεῖς *interdum duo aut tres* ſcripſiſſet & incertum adeo, utrum rarius an ſæpius, reliqviſſet. At οὐκ ἔστιν vero nunqvam valet *ſæpius*, ſed *nunqvam*, ſicut, ἔστιν οἵτινες *qvidam*, &, οὐκ ἔστιν οἵτινες *nulli*, ἔστιν ὅπως *qvodam modo*, οὐκ ἔστιν ὅπως *nullo modo*, ſemper valet. Atqve adeo ſi Herodotus hic ſcripſiſſet, οὐκ ἔστιν ὅτε ἢ δύο ἢ τρεῖς, utiqve dixiſſet, *nunqvam duos aut tres interfectos fuiſſe*, qvod cum ipſius menti, tum veritati repugnat.

Cap. CXXI. Πλοῦτον δὲ τούτῳ τῷ βασιλέϊ γενέσθαι ἀργύρου μέγαν, τὸν οὐδένα τῶν ὕστερον ἐπιτραφέντων βασιλέων δύνασθαι ὑπερβαλέσθαι.) Lectio ἐπιγραφέντων, qvam exploſit Gronovius, neſcio qvid abſurdi haberet, ſi vertas, *qvorum deinceps litteris prodita eſſet memoria:* qvanqvam enim inauditum tibi hoc ſenſu foret verbum ἐπιγράφομαι, forte tamen ſuffecerit, qvod cum ex analogia illud hunc ſenſum habere poſſit, ſicut ἐπιλέγομαι, tum unicum hoc forte foret, qvod novimus exemplum. Sin ἐπιτραφέντων malis, qvod alii codices habent, qvin potius, miſſis ſemel ſuſpectis vel ineptis lectionibus, ἐπιτραφθέντων ſc. τὴν ἀρχὴν, adoptemus? Nam ἐπιτραφέντων ab

ἐπιτρέφω, qvod verbum certe magis qvam ἐφιγράφω abſonum erit, derivandum eſſet. Sed ἐπιτρέπω, qvod vertendo ſeqvuntur, vel ἐπιτραπέντων daret, vel ἐπιτραφθέντων *Jon.* pro ἐπιτρεφθέντων. Unicum, qvod mihi qvidem obſtitit, qvo minus ἐπιτραφθέντων, τῷ, ἐπιγραφέντων, præferam, hoc eſt, qvod locus L. I. 7. qvem huc advocant in ſubſidium, hic, vereor, ne tutelarem qvandam imperii curam, qvam alias ἐπιτροπαίαν ἀρχὴν appellat, L. III. 142. IV. 147. HERACLIDIS principio commiſſam ſubindicet. Primum enim, ut videtur, παρὰ τούτων (ſc. τῶν Λυδῶν) ἐπιτραφθέντες, deinde dicitur, qvod, ἐκ θεοπροπίου ἔσχον τὴν ἀρχήν. Sicut l. c. L. III. 142. ἔχειν κράτος, & ἐπιτροπαίαν ἀρχὴν λαβεῖν, qvod eſt, ἀρχὴν ἐπιτετράφθαι, manifeſte diſtingvit. Et omnino vero ἐπιτρέπειν *alicujus fidei atqve curæ aliqvid committere* ſignificat.

Ὡς δὲ χαλεπῶς ἐλαμβάνετο — τοιάδε μιν.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CXXIV. Ταύτῃ δὲ δὴ τὰ δέκα ἔτεα — ἐσαγαγών.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CXXV. Ἐξεποιήθη — πρῶτα.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CXXVII.) Οὔτε γὰρ ὕπεστι —— κεῖσθαι Χέοπα.) Vid. *Spic.* II.

Ὑποδείμας δὲ — οἰκοδομῆς.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CXXXII. Ἐπεὰν τύπτωνται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν οὐκ ὀνομαζόμενον Θεόν.) Ad TYPHONEM contumelioſis ab Ægyptiis verberibus cæſum hoc refert JABLONSKIUS in *Pant. Æg.* L. V. c. II. §. 12. p. 71. 72. ubi hæc habet. "Qvamvis vero Ægyptii, Genium hunc malum precibus ac ſacrificiis ſibi conciliare anniterentur, ſerio id tamen, ex vero affectu & animo, non fiebat.

fiebat. Si igitur precibus ipſorum & votis ad Typhonem directis eventus non reſponderet, averſum ſuum ab illo animum, odiumqve ac contemtum, qvo re ipſa eum proſeqvebantur, celare diutius non poterant. Ad eandem contumeliam, qva in ſacris nonnunqvam Typhon afficiebatur, pertinere videtur, qvod Herodotus commemorat L. II. c. 132. *Ægyptios verberibus cædere Deum qvendam*, qvem ſibi putat non nominandum. Sed qvis qvæſo is eſſe qveat, niſi Typhon? Confirmat id Diodorus (L. I. c. 26. *ed.* Weſs.) ubi ait, eos, qvi a Græcis Gigantes nominantur, & Isidis ætate vixerunt in Ægypto, *a Sacerdotibus Oſiriacis flagellari in templis.* Eſtne vero ex eruditis qvisqvam, cui non illico ſuboleat, alium qvam Typhonem hic non deſignari. „ Imo vero ſunt, qvibus Osiridem ejusqve propter caſum ſacrum luctum deſignari ſubolet. Certe cum de Osiridis luctu Typhonisqve contumelia teſtem eundem habemus Plutarchum, de illo non minus apte locus, qvam de hoc intelligi poteſt, & forte debet etiam propter locum certe verbaliter Parallelum c. 61. ubi de feſto Isidis agitur, & contextus luctum ſignificatum exhibet propter aliqvem, qvem λέγειν ὀκ ὅσιον exiſtimavit Herodotus, ut eundem adeo hic eadem ex cauſa ὀκ ὀνομαζόμενον θεὸν *non nominandum deum* appellare poſſet, qvamvis malus ille genius non eſſet, ſed ipſe bonus Osiris. Ad hæc ubi accedit verbi τύπτομαι medius & reciprocus *ſeſe propter aliqvem cum luctu plangendi* ſenſus, nihil ultra profecto eſt, qvod mihi Kallianam interpretationem, qvam hactenus amplector, deſerendam eſſe perſuaſum faceret. Conf. *Spic.* III. ad cap. 42. ubi qvæ de his verbis, τύπτονται τὸν κριὸν, nonnihil qvoqve his addunt momenti.

Cap. CXXXV. Ἐπεθύμησε γὰρ — μνημόσυνον ἑωυτῆς.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CXXXVII. Μάλιϛα μὲν Βȣβάϛι πόλι ἐξεχώσϑη.) Vid. *Spic.* II.

Ηδονῇ δὲ ἰδέσϑαι ȣ̓δὲν τȣ́τȣ μᾶλλον.) Vid. *Spic.* II. ubi per errorem hoc ex cap. CXXXVIII. citatum legitur.

Cap. CXXXIX.) Τέλος δὲ τῆς ἀπαλαγῆς.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CXL. Ὄκως γὰρ — κομίζειν.) Vid. *Spicil.* II.

Ταύτην τὴν νῆσον — Αμυρταίȣ) ibidem.

Cap. CXLI. Τὸν ἐν ἀλογιῃσι ἔχειν — Αἰγυπτίων.) Vid. *Spic.* II.

Ἕπεσϑαι δὲ — κατὰ δὲ τὰ τόξα) ibidem.

Cap. CLVI. Τὴν δὲ νῆσον — δια τȣ̃το γενέσϑαι πλωτήν.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CLVIII. Ἧκται δὲ — — τὴν ἐρυϑρὴν ϑάλασσαν.) Vid. *Spic.* II.

Cap. CLXXX. Ἀμφικτυόνων δὲ μιϑωσάντων — ἐξεργάσϑαι (ὁ γὰρ — κατεκάη) τȣ̀ς Δελφȣ̀ς δὲ ἐπέβαλε — — ἐδωτίναζον.) Ita locum hunc diſtingvendum indicavi *Spic.* II. Plura qvæ tum notanda fuiſſent, hic ſubjiciam. — « Suſtuli, verba ſunt Wesselingii, inutilem parentheſeos, his circumdatam, notationem: ſatis eſt juſta punctio. „ At ego vicisſim inutilem hanc (Cl. viri pace dixerim) imo falſisſimam de tollenda notata parentheſi notationem tollendam exiſtimo. Mihi profecto perinde eſt, ſive receptis parentheſeos ſignis, uncis aut transverſis lineolis, ſive juſta, qvam vocat, punctatione, μεταξυλογίαν qvis diſtinctam velit, modo hanc ipſam, ubi revera adeſt, non tollat. De re ipſa

ipſa magis, qvam de ſignis rei, multoqve majoris momenti qvæſtio eſt. Qvod hæc certe verba, *ὁ γὰρ πρότερον ἐὼν αὐτόθι αὐτομάτως κατεκάη*, ceu parentheſis qvædam ætiologica inſerta ſint, ipſa per hæc abrupta protaſis illa, *Ἀμφικτυόνων μισθωσάντων — ἐξεργάσθαι*, velut expresſis verbis loqvitur. Neqve vero huic protaſi ceu apodoſin ea, qvæ proxime ſeqvuntur, ſubjunxit WESSELINGIUS, ſed hanc demum incipit cum *πλανώμενοι δὲ*. Qvid ergo hoc aliud eſt, qvam ipſam *μεταξυλογίαν* agnoſcere, ejusqve ſolita & recepta ſigna repudiare, cui tamen diſtingvendæ, præſertim ſi longior ſit, ſola ſæpe punctatio non ſufficit. Nec Apodoſin WESSELINGIUS, me judice, juſto loco poſitam apud ſe habet. Nam ad principalem propoſitionem, qvæ per inſertam ætiologiam, *ὁ γὰρ — κατεκάη*, interrupta eſt, pertinet omnino hoc, *τοὺς Δελφοὺς δὲ ἐπέβαλε — παρασχεῖν*, qvod jam & verbum habet, *ἐπέβαλε*, apodoſi aptum, & rationem continet, cur DELPHI *πλανώμενοι ἐδωτίναζον*, atqve præcipuam adeo qvandam narrationis partem efficit. Finge totam ſublatam parentheſin, qvalem revera WESSELINGIUS agnoſcat neceſſe eſt, & hiulca foret atqve manca oratio. Apodoſin igitur ego cum *τοὺς Δελφοὺς δὲ ἐπέβαλε* inceptam malo, cui ſi dices obſtare particulam *δὲ* tum ſuperfluam, hanc vicisſim dico poſt *πλανώμενοι* ſuperfluam. Sed alibi ſæpius eam cum emphaſi, perinde atqve *δὴ*, adeſſe docui, ubi per conſtructionem abeſſe poſſet, ut in *Φαναι δὲ* ſupra notavi ad c. 56. & in *νέω δὲ* c. 100. Locum ſic verte: *Jam, cum Amphictyones templum, qvod nunc Delphis eſt, 300 talentis exſtruendum locaſſent (nam qvod ibi prius erat, ſponte ſua deflagraverat) tum Delphis locationis qvartam præſtare partem obtigit, qvare per urbes hi circumvagantes dona collegerunt:* aut ſi ex his duabus propoſitionibus unam efficies ſic: *tum Delphi, qvod ipſis locationis qvartam præſtare partem obtigiſſet, per urbes circumvagantes dona collegerunt.*

AD-

ADDITAMENTUM

ad Cap. XLIX. *Spic.* II. pag. 22.

De ſacris ritibus dixi, eos haud inepte dici poſſe ὁμοτρόφους τοῖς Ἕλλησι. Nunc autem vel eleganter ſic dici eos exiſtimo. Eſt enim ὁμότροφος, qvi a primo ortu cum altero una alitur, enutritur, educatur. Jam ſi ritus illos conſideres, ut qvi deinceps, cum Græcis jam nati, ſubinde magis aucti & amplificati & velut adultiores facti fuiſſent (qvales eos utiqve hoc capite deſcripſit HERODOTUS, poſtqvam a MELAMPODE introducta eſſent, & qvales etiam, nati cum ipſis Græcis, deinceps futuri fuiſſent, ſcilicet initio rudes ac ſimplices, pluribus deinde cæremoniis aucti, amplificati & celebriores facti) hoc, inqvam, ſi conſideres, neſcio qvid aptius, qvid elegantius etiam hoc dici potuiſſet: ὁμότροφα γὰρ ἂν ἦν τοῖσι Ἕλλησι: *nempe ſic nata cum ipſis Græcis communi deinde velut accremento* (ſc. ad hanc tantam celebritatem) *adoleviſſent.* Sin deniqve malis ὁμότροπα, qvid de hac verſione fiet, *nam ſimilia ſic ea fuiſſent Græcis?* Qvorſum hæc ſimilitudo referenda veniet? an ad Ægyptiacos ritus? ſic foret: *nam ſimilia ſic ea fuiſſent apud Græcos* ſc. cum Ægyptiacis ritibus. An ad Græcos inter ſe? ſic ita ſonaret: *nam ſic ea fuiſſent apud Græcos inter ſe ſimilia.* Sed qvid eſt, qvod tantopere laborem de verſione, qvam vel ſic nec intelligo, neqve cum cæteris poſſum conciliare? — Cætera, ſi qvid vel hac vel ulla notatione humani qvid paſſus fuerim, rectiora qvi tenet, commode, qvæſo, communicet. Ego, ſi pro virili, dum res ita ferret, ad ſtudioſorum φιλελλήνων commoda qvid contulerim, ſatis habeo.

LIBRARY
APR
12
UNIVERSITY OF TORONTO

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POC
UNIVERSITY OF TORONTO LIBR

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 19 03 10 016 9